Omnis homo vel asinus currit posito casu q̃ nullus homo currat Tunc probatur q̃ hoc sophisma sit falsum. quia eius contrarium est verum: ergo sophisma est falsum. consequentia est nota. eo q̃ non est possibile contraria simul esse vera. lz possibile sit ea sic esse falsa in contingẽti materia. Añs vero ꝓbatur. Nã cõtrariuz sophismatis est omĩs hõ vel asĩn⁹ nõ currit. et hoc est vez qꝛ non ẽ aliquis hõ quin ipse vel asĩn⁹ nõ currat post q̃ nullus hõ currit. Sz q̃ iste sint contrarie omĩs hõ vel asĩn⁹ non currit/ omĩs hõ vel asĩn⁹ currit ptz qꝛ se hñt sicut vniuersalis affirmatia ⁊ vĩs negatiua vtroq̃ termino participãtes. Et ꝯfirmatur. nã cõtraria istĩ⁹ oĩs hõ vĩ asinus currit ẽ ista/null⁹ hõ vĩ asinus currit: sed ista oĩs hõ vĩ asĩn⁹ nõ currit equipolet ei p scõam regulã eq̃polentiaꝝ. ¶ Secundo sic arguitur contradictorium sophismatis est verum ergo sophisma ẽ falsum. ꝯña tenet et añs probatur. nã hec est ꝟa aliq̃s hõ vel asinus nõ currit ⁊ illa ẽ ꝯtradictoria sophismatis postq̃ ẽ ꝑticularis negatiua participans vtroq̃ termio cũ sophismate quod est vĩs affirmatiua ¶ Tertio sic. omnis homo vel asinus currit omĩs hõ vĩ asĩn⁹ quiescit. ergo quiescẽs currit. discursus est bon⁹ qꝛ in darapti arguitur et conclusio est falsa: ergo aliqua p̃missarum. nõ minor ergo maior que est sophisma. q̃ minor non sit falsa ptz qꝛ nõ est aliq̃s quin ipse vĩ asĩn⁹ q̃escat posito q̃ oĩs hõ quiescat et tñ q̃ aliquis asĩn⁹ cur-

rat sicut ponebatur in ꝓncipio sophis matis. ¶ Probatur sophisma esse ve rum et hꝰ sic: sortes ē hō qui vl̃ asinꝰ currit et plato est hō q̃ vel asinus cur rit: et nō est aliq̃s hō qui ipe vl̃ asinꝰ currat: ergo oīs hō vel asinus currit. cōsequētia tenet et añs ꝓbatur: eo q̃ aliq̃s asinus currit. et iō de quolibet verum est dicē q̃ ipm vel asinus cur rit pꝰq̃ ad veritatem talis propositio nis sufficit asinum currere. ¶ Tertio arguitur sic. Contradictorium sophis matis est fl̃z: g̃ sophisma ē verū. Con sequentia tenet et añs ꝓbatur. nā ꝯdi ctorium sophismatis ē: aliq̃s hō ⁊ nul lus asinus currit: et ista est fl̃a per ca sum assūptū. Quaꝫ sit ꝯdictoria pz ex eo q̃ ista propō aliq̃s hō. ⁊ nullꝰ asinꝰ currit ⁊ sophisma se hñt sicut vl̃is af firmatia ⁊ pticularis negatiua vtroq̃ termino pticipantes: et terminus dis tributus ī vna nō distribuit ī alia ⁊c. qd̃ requiritur ad hꝰ q̃ ꝓpōnes ꝯdicāt vt dictum ē in sophismate p̃cedēti. et hoc est veꝫ ī t̃minis distribuibilibus ꝓpōnū vniuersaliū. qd̃ etiam notabi liter dicitur propter t̃mios singl̃es q̃ non sunt distribuibiles. ⁊c. ¶ Istud so phisma sicut precedēs hz difficultatez eo q̃ dubiū ē an hoc totum hō vel asi nus distribuatur: vel solū ly hō. Et de hoc primo dicaz. et postea responden duz est ad sophisma. ¶ Quātū ad pri muz sit ꝓma cōclusio. q̃ solū ly hō dis tribuitur ⁊ nō ly asinꝰ. Et cā ē: qꝛ sinca thegoreuma affirmatiuum distribuit solum terminū ĩmediate: ⁊ nō media te sequentē: mō sic ē q̃ ly hō immedia te seq̃tur: et propter hoc distribuit. sed iste terminus asinꝰ nō ĩmediate seq̃= tur: g̃ ñ distribuitur.

¶ Alterius dubitat̃ vtruz subiectum sophismatꝭ sit solū li hō: vel hꝰ totū homo vel asinꝰ. Dico q̃ ly hō ē subie ctū: et asinus se tenet a pte p̃dicati. Añ si aliq̃s dicat q̃ hoc totū homo vl̃ asinꝰ sit subiectū: tūc peto de singu= laribꝰ illiꝰ. Si dicat̃ q̃ eiꝰ singl̃arꝭ ē ista: iste hō vel asinꝰ currit. ꝓbo q̃ ñ qꝛ ipsa non est singularis pꝰq̃ secun dum talē modū dicēdi eiꝰ subiectū est hoc aggregatū hō vel asinꝰ. Qd̃ ꝓba tur Subiectū ē aptū natū supponere ꝓ pluribus. vñ demonstrato aliq̃ ho mine veꝫ est dicere q̃ ē hō vel asinus et similiter demonstrato asino veruz est dicere q̃ ipe est hō vel asinꝰ: sp de monstrādo hoīez vel asinū. Concludo g̃ q̃ subiectū sophismatis nō ē hoc ag gregatum hō vel asinꝰ: sz ly hō solū: ⁊ ly asinus se tenet a pte p̃dicati. Et se cundū hoc sophisma debet dici propō de p̃dicato disiuncto ⁊ nō de subiecto: ⁊ scd̃z hꝰ sensus sophismatis ē. oīs hō est qui vel asinus currit. et scd̃z hꝰ sin gulares eiꝰ sunt iste. iste hō ē q̃ vel asi nus currit et sic de alijs. Et qꝛ iste sūt vere scd̃z casum sophismatis Rñdeo ad hoc sophisma q̃ ipm ē verum ⁊ ꝓ hoc pz ad scd̃z articulū. ⁊ hoc probant rationes pꝰ oppositum.

¶ Ad rōnes. Ad primam nego añs. et qñ dicitur ꝯriū sophismatꝭ ē oīs hō vl̃ asinus currit: nego ꝓpt̃ defectū vniꝰ ꝯditionis req̃site ad ꝓpriaz ꝯrietatez ꝓpositōnū: q̃ ꝯditio est tal̃. q̃ terīnus q̃ non distribuit in ꝓma distribuatur in secunda. et ista conditio deficit hic. qꝛ iste t̃minus asinꝰ nec in ꝓma nec ī secunda distribuit̃: vt pz in scd̃a. Sed diceret aliq̃s q̃ est ergo eius ꝯria. di co q̃ ista: nullus hō vel asinꝰ currit. ⁊ illa est fl̃a. qꝛ ꝓcat q̃ nullꝰ hō est q̃ vl̃ asinꝰ currat: ⁊ hꝰ ē fl̃m. q̃ autē ista sit contraria sophismatis pz: ex eo q̃ ibi obseruātur oēs ꝯditiones req̃site ad bonā ꝯrietatē propositionum. Sed di ceret aliq̃s ex quo ergo iste ꝓpōnes omnis hō vel asinus currit: et oīs hō vel asinus nō currit nō sunt ꝯrie quō ergo se hñt: Dico q̃ ille sunt inuicem impt̃inentes propter hoc q̃ vna earū non sequitur ad aliam: nec alteri re= pugnat. ¶ Ad confirmationem quan do dicitur: contraria sophismatis est nullus homo vel asinus currit conce do sed quando dicit̃ hec equipollz hu ic: omnis homo vel asinus non cur=

rit:nego.Et ad secundam regulaz eq pollētiarum dico q debz intelligi negatione postposita immediate ꝫmino distributo q̄liter nō fit in ꝓpoito quia ista negatio non/non immediate seq̄tur istuz terminū homo qui in sophismate solum distribuitur ⁊ inter negationem et terminum distributum manet iste terminus asinus non distributus.et ideo ꝫm illam regulā eq̄pollentiarum bñ ꝯcederē q ista ꝓpō oīs hō non est qui vel asinus currit equipollet isti:nullus hō vel asin⁹ currit.⁊ isti nullus hō ē qui vl̄ asin⁹ currit. ¶Ad secundam negat añs.⁊ qñ dr aliquis homo ⁊c.nego.⁊ qñ dicitur participat cum sophismate ⁊c.dico q hoc nō sufficit:sz cū hoc requiritur q terminus in sophismate non distributus in sua ꝯdictoria distribuatur et ꝫm hoc ꝯdictorium sophismatis est aliquis hō ñ est qui vel asinus currit: vel aliq̄s hō nō est vl̄ asinus currēs.⁊ iste due sunt false. ¶Ad tertiaz.nego q discursus sit in darapti ꝓpter hoc q conclusio nō debite infertur:qr debet inferri totale p̄dicatum maioris de totali predicato minoris:modo sic non est eo q ī maiore nō p̄dicatur solū ly currit.nec in mīore p̄dicatur solū ly quiescit.Unde dico q p̄dicatuz totale maioris est aliquid qd vel asinus currit. Et totale p̄dicatū minoris est. aliquid qd vel asinus quiescit.Quod pz resoluendo ipsum. Unde maior resoluit sic:Oīs hō est aliquid quod vel asinus currit. Et minor sic oīs hō est aliquid qd vel asinus quiescit:ita q hoc verbum est est copula principalis in hmōi ꝓpōnibus et ꝫm hoc deberet concl̄o inferri oīs hō vel asinus currit oīs hō vel asinus quiescit:g aliquid qd vl̄ asin⁹ q̄escit est aliq̄d qd vl̄ asin⁹ currit. et ista ꝯcl̄o est vera nec repugnat ꝫm istā ꝓprietatem.

Sophisma x Est istud. omnis propositio vel ei⁹ contradictoria est vera. ¶Probatur ꝑmo q sophisma sit falsum et hoc sic Oīs ꝓpō vel eius ꝯdictoria est vera. sed nulla propō fl̄a est vera: g nl̄a ꝓpositio fl̄a est propō vel ei⁹ ꝯdictoria Discursus ē bonus:qr arguit ī camestres.⁊ ꝯcl̄o est fl̄a:g aliq̄ p̄missarum non minor:g maior q̄ erat sophisma. ¶Secundo sic arguitur.aliq̄ ꝓpō est que nec eius ꝯdictoria est vera g non oīs ꝓpō vel eius ꝯdictoria ē vera.ꝯntia tz.⁊ añs ꝓbatur:naz formetur ista hō est asinus ⁊ nō formet eius ꝯdictoria tunc nec ista hō est asin⁹ est ꝓvat ptz:nec eius ꝯdictoria: qr eius ꝯdictoria non est:g nō est vera. ¶Tertio arguitur sic. Oīs ꝓpō vel ei⁹ ꝯdictoria est vera sed oīs ꝓpō falsa est ꝓpō vel eius ꝯdictoria:g oīs ꝓpō falsa ē vera ꝯcl̄o est fl̄a g aliq̄ p̄missay. nō minor ergo maior q̄ est sophisma.¶Quarto sic arguitur.oīs ꝓpō vel ei⁹ ꝯdictoria est vera.⁊ oīs ꝓpō vel eius cōtradictoria est falsa: g aliqd fl̄m est verū. conclusio est fl̄a ⁊ discursus est bonus:q̄a arguitur in darapti g aliqua premissarum ⁊ non minor g maior que erat sophisma.¶Quinto sic arguitur .si oīs ꝓpositio vel eius ꝯtradictoria est vera:tūc tm̄ verū ē ꝓpositio vel ei⁹ contradictoria:sz hoc est falsum g ꝑmum q hoc sit falsuz ptz:quia falsuz bene ē propō vel eius ꝯtradictoria: ⁊ tm̄ falsum est aliud a vero g ⁊c.ꝯntia tz ab vl̄i ad exclusiuaz de terminis transpositis est bona consequentia. ¶Probatur sophisma esse verū: quia quacunq̄s propōne demonstrata verū ē dicere q ipsa vel eius cōtradictoria est vera et non est aliqua propō quin ipsa vel eius cōtradictoria sit vera: g omnis ꝓpositio vel eius contradictoria est vera ¶Secundo sic arguitur.oīs ꝓpositio est que vel ei⁹ cōtradictoria est vera g oīs propō vel eius ꝯtradictoria est vera.tz ꝯsequentia eo q idē intelligit ꝓ vnā et aliam .⁊ añs probat vt precedens

¶Ad istud sophisma antiqui sophiste solebant respondere dicentes ipsum posse capi dupliciter.vel in sensu con

posito vel in sensu diuiso.in sensu cõ=
posito dixerunt esse vnam cathego=
goricam de disiuncto extremo.In sen
su diuiso dixerũt esse vnam disiuncti
uam vel saltem equiualentẽ disiũcti=
ue in significando ita ꝙ sẽsus sophis=
matis in sensu diuiso accepti sit talis
omnis propositio est vera vel eius cõ
tradictoria.Alterius dicunt ꝙ sophis
ma captum in sensu composito debet
distingui ꝛm ꝙ hoc totum in sophis=
mate propõ vel eius contradictoria
posset distribui vel solum li propositõ
Alterius dicũt ꝙ si hoc totũ proposi=
tio vel eius contradictoria distribu=
etur:tunc sensus sophismatis est ꝙ ȯ
quocunqꝫ est verificabile li propositio
vel eius contradictoria ꝙ de eodem
sit verificabile li verum:Sed si in so=
phismate soluꝫ distribuatur li propõ
dixerunt sensum sophismatis esse ta=
lem.ꝙ de quocũqꝫ vrificatur li ꝓpo:
sitio de eodem supposito cũ li vr eius
contradictoria verificatur li verũ:ita
ꝙ scõm hoc sensus sophismatis esset
omnis propositio est que vel eius cõ=
tradictoria est vera. Modo pro pre=
senti nolo sequi sensum sophismatis
diuisum:scilꝫ vtrum iste sint vere vi=
delicet/omnis propositio est vera vel
eius contradictoria:quia hoc facit ali
am difficultatem descendente ex sup=
positione huius relatiui eius ideo di=
mitto vsqꝫ quo tractabo de sophisma
tibus difficultatez habentibus ex sup
positione relatiuorum.Et quero ad
presens vtrum sophisma in sensu cõ=
posito sit verum vel falsum.
Et propter hoc ad illud dico ꝗtuor
Primum est ꝙ subiectũ propositiõis
non est nisi li propositio. Secundum
est ꝙ li omnis non distribuit nisi li
propositio.Tertium est li vel eius cõ
tradictoria est pars predicati. Quar=
tum est ꝙ sophisma ẽ verum. ¶ Pri=
mum probatur:quia vel solũ li propo
sitio est subiectũ ⁊ sic habetur proposi
tum.vel hoc totum propositio vel ei⁹
contradictoria sed probo ꝙ non:quia
tunc esset aliqua vniuersalis cuius nõ
esset aliqua singularis:modo hoc est
inconueniens. probatur consequen=
tia.nam signetur aliqua singularis
ista videtur esse talis/ista propositio
vel eius contradictoria vera.sed pro=
bo ꝙ non : quia subiectum apptum
natum est supponẽ pro pluribus naꝫ
patet de ista propositione/deus est ve
rum enim ẽ dicere ꝙ ista vel ei⁹ ꝓtra
dictoria est vera demonstrando per
li ista istam propositionem/deus est.si
militer ista non deus est.est ista pro=
positio vel ei⁹ cõtradictoria.ecce qua
liter li ista propositio vel eius contra
dictoria per li ista demõstrando idem
predicatur de plurib⁹ ⁊ põt suppone=
re pro pluribus.¶ Secunduꝫ proba=
tur dupliciter.primo ex eo ꝙ hoc sin=
cathegoreuma omis nõ distribuit ni=
si terminum ĩmediate se sequentẽ ni
si cum terminus mediate sequẽs fue
rit determinatio termini ĩmediate se
quentis:qꝛ si sit determinatio ei⁹ tũc
totum aggregatum ex determinatõe ⁊
determiabili distribuitur:Sed in so=
phismate proposito illud qȯ sequitur
illum terminũ ꝓpõ nõ est determina
tio ⁊ iõ non distribuitur.Scũdo ꝗa si=
gnũ vre affirmatiuũ positũ a pte sub
iecti non distribuit nisi subiectum vel
partem subiecti.⁊ iõ qꝛ solũ li ꝓpõ est
subiectũ vt añ ꝓbat:seqt ꝙ li ꝓpõ so
luꝫ distribuitur.¶ Tertium probat ex
eo ꝙ li vel eius contradictoria nõ est
subiectum.nec pars subiecti.nec ꝑdi
catum:g reliquit ꝙ est ꝑs ꝑdicati.Ex
quo infero primo ꝙ sensus sophisma
tis est iste.Omis propõ ẽ aliquid qȯ
vel ei⁹ ꝓtradictorium ẽ verꝫ. Secũdo
infero ꝙ sophisma debet dici proposi
tio de disiuncto ꝑdicato ⁊ non de dis=
iuncto subiecto.¶ Quartũ ꝓbatur qꝛ
de ꝗcũqꝫ est verificabile li propõ de eo
est verificabile li aliquid quod vr ei⁹
contradictoriũ est verũ.
¶ Ad rões añ· oppositũ sophismatis
¶ Ad primã nego discursum.quia si
esset in aliqua figura:hoc esset i scõa

sed hoc non:quia idem non predicatur ivtraqꝫ in maiori ⁊ in mīori Unde p̄dicatū maiorꝭ est hoc totū aliq̄d qd̄ vel ei⁹ ꝯdictoriū ē verꝫ. Sz p̄dicatū minoris ē solū li verū: Sed si aliq̄s vellz arguere in secūda figura: deberet sic arguere. omis ꝓpō vel ei⁹ ꝯdictoria est vera. nulla propō falsa ē aliq̄d qd̄ vel eius ꝯdictoriū est verū: ꝫ nulla ꝓ positio falsa ē ꝓpositio. tūc discursus esset bonus: sed mīor eēt falsa. ¶ Ad scd̄az patz q̄ nō ꝓcedit ꝯtra rñsionez sophismatis: qꝛ ī rñsione sophismatis supposita ē ista suppēitio sicut prius notatur q̄ cuiuslz propōnis ꝯdictoriuz formatur: et nisi hoc supponereē ista ꝯñtia non valeret ista propō deus est/ est vera: ꝫ sua ꝯtradictoria est falsa: qꝛ supposito q̄ eius ꝯtradictoria non formetur añs est verꝫ ⁊ ꝯñs falsū et aliē sophisma non esset ꝯcedendum nisi illud supponeretur. ¶ Ad tertiam nego discursuz eo q̄ plus p̄dicaē in minori q̄ subīcitur in maiore ⁊ distribuebaē vnde in minori p̄dicaē hoc totū/ ꝓpō vel eius ꝯdictoria: sed in subiecto maioris solū subīciē li ꝓpō vt dictum ē Sed deberet: sic argui/ Omis ꝓpō vl̄ eius ꝯdictoria est vera. ois ꝓpō falsa est propō: ꝫ omis ꝓpoō falsa est q̄ vel eius cōtradictoria ē vera. ¶ Ad quartam nego discursuz ex eo q̄ qñ arguitur ī tertia figura ꝯclio debz eē cōposita ex predicatis p̄missaꝫ: mō sic non est in predicto discursu eo q̄ p̄dicatū maioris nō ē solū li ⁊va: nec p̄dicatuz minoris ē solū li falsa: sed predicaē in prīa li aliq̄d qd̄ vel ei⁹ ꝯdictoriuz est veruz: ⁊ in scd̄a p̄dicatur aliq̄d qd̄ vel eius ꝯdictoriū ē flm̄. ⁊ tūc deberet sic argui. Omis ꝓpō vel ei⁹ ꝯdictoria ē vera. ois ꝓpō vl̄ ei⁹ ꝯdictoria ē flā ꝫ aliquid qd̄ vel eius ꝯdictoriū ē falsū ⁊ aliquid qd̄ vl̄ ei⁹ ꝯdictoriū ē verum ⁊ ista est vera. ¶ Ad quintā qñ dicitur ⁊c. nego ꝯñtiam: et ad regulā cōcedo eam. sed ego dico q̄ ibi non arguitur ab vl̄i ad suam exclusiuā de terminis trāspositis intelligendo per terminos subiectum et predicatum eo q̄ in sophismate livera non ē p̄dicatū: sed hꝰ totū aliquid qd̄ vel ei⁹ ꝯdictoriū ē verum. ⁊ ideo debet sic argui ab vl̄i ad exclusiuā de terminis trāspositis. Omis ꝓpō vel eius ꝯdictoria ē vera: ꝫ tantum aliq̄d qd̄ vel eius ꝯdictoriū ē verꝫ est ꝓpō. ⁊ tunc ꝯñs erit verꝫ sicut añs Consiliter possūt solui ista sophismata. omne bonū vel non bonū est eligēdum ⁊c. omne anīal rōnale vel irrationale est rōnale. omne hinibile vel rudibile est equus. ⁊ sic de consimilibus

Sophisma.xi.

Est istud. Omnes homines sunt asini vel homines et asini sunt asini. Probatur primo sic. sophisma est vna copulatiua cuius vtraqꝫ pars est vera. ergo sophisma est verum ꝯsequentia tenet et añs probaē: quia hec est prima pars: omnes hoīnes sunt asini vel hominee. ⁊ ista ē ⁊va. ⁊ scd̄a ꝯ est ista. asini sunt asini: ⁊ ista est etiam vera: igitur. ¶ Improbatur sophisma Nam sophisma est vna disiūctiua cuius ambe partes sunt false: ꝫ sophisma est falsum. ꝯñtia tenet: ⁊ añs probatur. Nam prima pars ē ista/ oēs homines sunt asini et illa est falsa. Secūda est. homines et asini sūt asini. et ista est falsa: ¶ Istud sophisma non habet difficultatez eo q̄ in eo signum vl̄e affirmatiuū additur termino complexo: sed tñ pono hic gratia istius sophismatis: omnes hoīes vl̄ asini sunt homines cuius difficultas dependet ex difficultate presentis sophismatis que est ex eo q̄ ipsum pōt capi in sensu in quo est copulatiua propositio vl̄ in sensu in quo est disiunctiua. Tunc dico q̄ si sophisma capiatur in sensu ī quo est copulatiua: sophisma est verꝫ sicut probat prima ratio post oppositum. Sed quia in rationibus tāgebatur de illo quod requiritur ad veritatem disiunctiue vel copulatiue: ideo de hoc ponende sunt alique ꝓpositiones. ¶ Prima propositio est. Ad veritatem copulatiue requiritur veritas

vtriusq; partis. Probatur quia a copulatiua ad vtrãq; eius partem ē bona ꝓseqntia. si ergo copulatiua potest esse vera aliqua parte eius existente falsa: tunc ex vero posset sequi falsuz quod est falsum. vnde ex falso bene sequitur verum: sed ex vero ñ nisi veruz ¶ Secunda propositio est. A parte disiunctiue ad totam disiunctiuam cuius ipsa est pars est bona ꝓñtia vt: bene sequitur tu curris ꝗ tu curris vl̄ tu non curris. si nõ sequitur da oppositũ et quia ꝓñs est vna propositio disiunctiua eius contradictoria est vna copulatiua composita ex partibus contradicentibus partibus illius disiunctiue. erit ergo cõtradictorium ꝓñtis tu non curris et tu curris. Ad quam per primam ꝓpositionẽ sequit̃ ista tu non curris. que repugnat añcedẽti videlicet isti. tu curris ꝗ ꝓñtia fuit bõa tu curris ergo tu curris vel nõ curris quod erat ꝓbandum. ꝓñtia tenet per illam regulam. Quandocũq; ad oppositum consequẽtis sequit̃ oppositum antecedentis tunc consequẽtia ē bona. ¶ Tertia propositio illud qd̄ dicit secunda propositio debet intelligi de parte disiunctiue affirmatiue et de disiunctiua affirmatiua et non de negatiua. patet hoc: quia non sequitur. tu non curris: ergo non tu curris vel tu non curris: quia eadem ratione qua diceres sequi illam: diceres etiam sequi istam: tu curris vel tu non curris ꝛ ita ad illud añs verum sequeretur contradictoria. vnde iste cõtradicunt non tu curris vel tu non curris et tu curris vel tu non curris eo ꝙ prima propter hoc ꝙ sibi preponitur negatio equiualet vni copulatiue composite ex partibus cõtradicentibus partibus secunde disiunctiue. ¶ Quarta propositio. ad veritatem disiunctiue sufficit veritas vnius partis. probatur: quia a parte disiunctiue ad disiunctiuam cuius pars est: est bona consequẽtia sicut dicit secũda propositio. si ergo disiunctiua esset falsa vna eius parte existente vera tunc veruz inferret falsum quod est falsum.

¶ Ex istis propositionibus sequitur alia ꝙ a disiunctiua cuz destructione vnius partis ad aliam partem est bona consequentia. Et ex hoc etiam potest probari: ꝙ ad impossibile sequitur quodlibet verbigratia. sicut ad istã sortes est et sortes non est coassumpta ista regula. quandocunq; ad aliquod antecedens sequitur aliquod consequens. quicquid sequitur ad consequens sequit̃ ad eius antecedẽs. Tũc sic ad istam sortes est et sortes non est sequitur hominem esse asinum. Assumptum probat̃. Nam ad istam. sortes est et sortes nõ est sequitur illa sortes est per primam propositionem. ad quam sequitur ista: sortes ē vel homo est asinus per secundam ꝓpositionẽ et per ꝓñs illa: sortes est vel homo est asinus. sequitur ad istam. sortes est et sortes non est per illam regulã: quando ad añs sequit̃ ꝓñs tũc q̃cq̃d seq̃tur ad ꝓñs seq̃tur ad añs. vlterius ad istã sortes est et sortes non ē. sequitur illa sortes nõ est iterum per primã ꝓpositionem. ecce ergo quõ ad illam sortes est et sortes non est. sequitur ꝙ sortes est vel homo est asinus. et ꝙ sortes nõ est: et ad hanc/ sortes est vel homo est asinus ꝛ sortes non est sequitur ꝙ homo est asinus. per illam regulam ꝙ a disiunctiua cum destructione vni⁹ partis ad alteram est bona ꝓñtia. sic ergo probatum est ꝙ ad istam. sortes est et sortes non est. sequitur ꝙ homo est asinus. consimiliter põt probari de quolibet alio. ¶ Quinta propositio. Ubi est idem propositio copulatiua et propositio disiunctiua. copulatiua potest esse vera cuius ambe partes sunt false: non tamen ei⁹ partes principales. Patet hoc in sophismate predicto quo accepto in sensu ī quo est copulatiua propositio est vera: et tamen ipsius ambe partes sunt false: scilicz tam ista/ omnes homines sunt asini: ꝙ ista etiam hoies et asini

sunt asini verum est tamen ꝙ ille non sunt partes principales sophismatis inquātum ē ꝓpō copulatiua: licet bene inquantum ē ꝓpō disiunctiua. Sz partes pricipales sophismatis inquātum ē ꝓpō copulatiua sūt ille. omnes homines sunt asini vel homīes. ita ꝙ illa est vna: ⁊ alia est ista: asini sunt asini. et ille ambe sunt vere. ⁊ de talibus principalibus partibus copulatiue intelligēda est prima propositō. ¶ Sexta propō est ista. Ubi idem ē propō copulatiua ⁊ disiūctiua: nihil prohibet ambas partes disiunctiue false eē veras licet nō ꝑtes ꝑncipales. probatur: q̄a partes pricipales sophismatis inquātū ē copl'atīa vera: sūt ꝑtes ñ ꝑncipales sophismatis inq̄tū ē disiūtiua fl'a

Sophisma.xii.

Est istud. Oia vera ⁊ falsa opponuntur. ¶ Probatur ꝙ sit falsum. Primo sic. Omnia vera ⁊ falsa opponuntur: sed deum eē ⁊ aīal eē anīal et hominem eē asinū ⁊ hominē eē caprā sunt vera et falsa: ꝯ opponūt. Discursus videtur esse bonus et conclio est falsa: ꝯ aliqua premissa ꝙ. nō minor: ꝯ maior que erat sophisma. ¶ Secundo sic arguit. Oia vera ⁊ falsa opponunt ꝯ oia vera opponuntur. conclusio est falsa. ꝛseq̄ntia videtur tenere a simili Naz bene sequitur sortes ⁊ plato currunt: ergo sortes currit. Falsitas ꝛñtis patet. quia deū esse ⁊ hoīnem eē anīal sunt vera: et tamē non opponuntur. ¶ Tertio sic arguitur. Aliqua sunt vera de quibus est falsum dicere ꝙ ipsa sunt que et falsa opponūtur. ꝯ omnia vera et falsa opponuntur. ꝛñtia tenet añs ꝓbatur: ponēdo ꝙ aliqua sint q̄rum opposita non sint in rerum natura. tunc de istis veris falsum est dicere ꝙ ipsa sunt que et falsa opponūtur ¶ Probatur sophisma sic. Ista sunt vera q̄ et falsa opponūtur. ⁊ nō sūt aliqua vera quin ipsa ⁊ falsa opponant igitur. ¶ Circa istud sophisma supponenda sunt aliqua ¶ Primo suppono ꝙ cuiuslibet veri oppositum sit in rerum natura. ¶ Secundo suppono ꝙ cōtradictoria ad inuicez opponuntur vno existente vero et alio exīte falso ¶ Tertio suppono ꝙ subiectuz sophismatis potest esse hoc aggregatum vera et falsa: sic ꝙ sit sensus sophismatis ꝙ de quibu scunqz verificatur li vera vel falsa: ꝙ de ipsis verificatur illud ꝑdicatum opponūtur. Vel subiectū sophismatis est solum li vera. ⁊ tunc est sensus ꝙ de quocunqz verificat li vera de eodē verificatur ꝙ ipsa sunt que et falsa opponuntur.

¶ Tunc respondeo ad sophisma ꝙ in primo sensu est flm̄ sicut probauit prima ratio. Unde ꝟm hoc discursus fuisset bonus. Secundo dico ꝙ in sensu secundo sophisma est veruz stantibus tribus suppositionibus prius positis Et ꝟm hoc esset respōdendum. ¶ Ad primam rationē ꝙ discursus nō valet eo ꝙ plus ē ꝑdicatū mīoris q̄ fuerit subiectum maioris. ⁊ ꝟm hoc deberet sic argui. Oia vera ⁊ falsa opponuntur. a et b sunt vera: ergo a et b. sunt que et falsa opponuntur. ¶ Ad secundam negatur ꝛñtia. et vlteri' dico ꝙ ista ꝛñtia non valet de forma/sortes et plato currunt. ꝯ sortes currit. licet vale at grā materie: sicut dicitur in ꝑsenti sophismate. et ideo non oportet ꝙ consimilis ꝛñtia valeat in omnib' terminis. ¶ Ad tertiam. Ista probat oppositum sophismatis supposito ꝙ non quoruncunqz veroꝙ opposita sint in rerum natura cuius oppositum dixi esse supponendum pro veritate sophismatis

Sophisma.xiii.

Est istud Omis homo et asinus currunt posito ꝙ quilibet homo currat: ⁊ de omnibus asinis nullus currat nisi brunellus. ¶ Probatur ꝙ sophisma sit falsū. ꝛrium sophismatis est verum. ꝯ sophisma ē falsum. ꝛñtia tenet ⁊ añs ꝓbatur. Nam contrarium sophismatis videtur esse omnis homo et asinus non currunt et ista videtur esse vera casu sophis-

matis stante. Quod probatur sic.sortes et asinus non currunt:plato et asinus non currunt:et nõ est aliquis homo quin de ipso sit verum dicere ꝙ ipse ⁊ asinus nõ currunt: ꝯ omnis hõ et asinus non currunt. tz ꝯñtia et añs probatur.sortes et fauuellus non currunt.et plato et fauuellus non currũt ⁊ sic de alijs. ¶ Secundo sic arguitur contradictorium sophismatis est verum:ꝯ sophisma est falsum.ꝯñtia tz ⁊ añs probatur.Nam contradictoriũ sophismatis est aliquis homo et asinus non currũt: modo hoc est verũ qꝛ plato et fauuellus non currũt.¶ Tertio° sic.Omnis hõ et asinus currũt.sorꝭ ⁊ fauuellus sunt homo et asinus. ꝯ sortes et fauuellus currunt. discursus ē bonus et concꝯo falsa: ꝯ aliqua ꝑmissarũ et nõ mioꝛ ꝯ maioꝛ q̃ erat sophisma:ꝯ sophisma falsum.

¶ Probatur sophisma. Sortes et asinus currunt et non est aliquis hõ quĩ ipse et asinus currat:ꝯ omis hõ et asinus currunt. ¶ Ad sophisma dicitur ꝙ si hoc aggregatum homo et asin⁹ subijciatur sophisma est falsuz et hoc ꝓbatur tres ꝑme rationes:sed si in sophismate soluz ly hõ distribuat ⁊ subijciatur.sophisma est verũ et tunc sensus ē.ꝙ de quocuuꝯ ly homo verificatur de eodem verificatur ꝙ ipse vl̃ asinus currunt.

¶ Ad rationes.¶ Ad primaz negatur añs. et qñ dicitur contrarium sophismatis est:oĩs homo et asinus non currunt dico ꝙ non.Et causa est:quia negatio non immediate sequitur terminum distributuz quod tñ requirit vt visum est per secundam regulam eq̃pollentiaruz.

¶ Sed dubitaret aliquis de veritate istius.oĩs homo et asinus nõ currunt stante casu sophismatis.Dico ꝙ est vera sicut ꝓbatum est in deductione primi argumenti.Sed tu diceres contra si sic tunc ꝯuertens ei⁹ esset vera:sed hoc est flm.Flitas ꝯñtis probat.Maz ex quo ipsa est vl̃is negatiua ipsa debet conuerti in vl̃em negatiuam. ⁊ si cõuertatur sic:conuertẽs eius erit falsa.ptz.hoc.nã conuertẽs eius erit hec nulla currentia sunt hõ et asinus.vel sic nihil qd̃ est hõ ⁊ asinus currũt:mõ stante casu sophismatis vtercꝯ illaruz est falsa Respondetur negãdo ꝙ eius cõuertens sit falsa et etiam ꝙ debeat conuerti in vl̃ez negatiuaz. Unde qñ dicitur ꝙ vl̃is negatia debz conuerti simpl̃r in vl̃em negatiuam.debz intelligi qñ q̃lz ꝑs p̃dicati vel subiecti distribuũtur.mõ sic nõ ē hic.nã in ista ly asinus nõ distribuere ⁊ ē ꝑs predicati ¶ Dubitatur circa hec. Supposito ꝙ oĩs hõ currat ⁊ ꝙ nullus asin⁹ currat an ista sit vera:nullus hõ ⁊ asinus currunt.Et ego dico ꝙ ē vera:qꝛ stãte tali casu de nullo homĩe ē vez dicere ꝙ ipe ⁊ asinus currũt.⁊ si sic:vez ē ꝙ nl̃lus hõ ⁊ asin⁹ currũt.Et si aliquis dicat ꝯ nullus hõ currit.negãda ē ꝯñtia sicut nõ sequitur nullũ aĩal et chymera sunt aĩalia:ꝯ nullũ aĩal ē anĩal. Similiter sicut nõ seqtur null⁹ hõ ⁊ chymera sunt hõ ⁊ chymera:ꝯ null⁹ hõ ē hõ.vel etiaz nihil ⁊ chymera sunt fratres ita in ꝓposito. ¶ Ad secũdaz nego añs. ⁊ qñ dicitur ꝯdictoriuz sophismatis est aliq̃s hõ ⁊ asin⁹ non currũt negatur:qꝛ oz ꝙ iste ēmin⁹ asin⁹ esset distributus in ꝓpõe ꝑticulari postq̃ non erat in vl̃i.et iõ dicendũ ē ꝙ ꝯdictorium sophismatis ē. aliq̃s hõ nõ ē q̃ ⁊ asinus currũt.vl̃ aliq̃s hõ vel nullus asin⁹ currũt et iste sunt fl̃e. ¶ Ad tertiuz nego discursuz eo ꝙ pl⁹ p̃dicatur in mioꝛe q̃ distribuat ĩ maioꝛe et ideo deberet sic argui.oĩs hõ ⁊ asinus currunt sorꝭ ē hõ:ꝯ sorꝭ ⁊ asin⁹ currt

Sophisma xiiii.

Est istud oē animal et aliud ab eo sunt duo animalia ꝓbat ꝙ sit falsuz sic. oē aĩal et aliud ab eo sũt duo aĩalia:ergo tantũ duo aĩalia sunt aĩal et aliud ab eo. sed hoc est falsum ꝯ ⁊c.consequentia tz ab vl̃i ad exclusiuam de termio transpositis est bona

ꝛnia. Falsitas ꝛnitis patet ex eo ꝙ alia ꝙ duo anialia sunt aial ⁊ aliud ab eo Nam aial ⁊ nõ anial sicut brunellus ⁊ lapis sunt alia ꝙ duo aialia: ⁊ tñ sũt animal et aliud ab eo. ¶ Secundo sic arguitur. Si sophisma eẽt vex cuz sit ꝓpõ affirmatiua tũc idem eẽt ꝓ quo supponit subiectũ ⁊ ꝑdicatum sz hoc ẽ falsum qr subiectũ pro nullo suppo nit. patz hoc ex eo ꝙ nulla est res que sit animal ⁊ aliud ab eo. ¶ Tertio sic arguit. Omne aial ⁊ aliud ab eo sunt duo aialia. sed sortes et lignum sunt aial et aliud ab eo: ꝯ sortes ⁊ lignum sunt duo aialia. discursus videt eẽ bo nus: et conclusio est falsa: ꝯ aliq̃ ꝑmis sarum et non minor ergo maior que erat sophisma.

¶ Probatur ꝙ sophisma sit vex ⁊ hº sic. Non est aliquod anial quin ipm ⁊ aliud ab eo sint duo anialia. ergo so phisma vex ꝛnitia tenet: et añs est no tum de se. Mã ex eo ꝙ sunt plura aia lia quox vnũ est aliud ab illo clarum est ꝙ non est aliquod aial qui ipm et aliud ab eo sunt duo aialia. licet non oẽ aliud ab eo sit duo animalia.

¶ Secundo sic arguitur. Contradicto rũ sophismatis ẽ impossibile: ergo so phisma ẽ vex ꝛnitia tenet añs ꝓbatur nã ꝛdictoriũ sophismatis ẽ aial et ni hil aliud ab eo sunt duo anialia eo ꝙ necessarium ẽ ꝙ plura sint aialia.

¶ Ad sophisma respondetur ꝙ est ve ruz sustinẽdo ꝙ subiectũ sophismatꝭ ẽ solũ ly aial ⁊ residuũ tenet se a parte predicati sic ꝙ sit sensus sophismatis ꝙ de oi anialí sit verificabile ꝙ ipsuz et aliud ab eo sunt duo anialia. et se= cundũ hº sophisma debet dici ꝓpõ de copulato. predicato et non de copula to subiecto nisi tunc aliqs vellet loqui de subiecto locutionis. et scõm hoc so phisma debet sic resolui. omẽ aial est aliqd qõ et aliud ab eo sũt duo aialia

¶ Ad rationes. ¶ Ad primam dico ꝙ ista propositio tñ duo aialia sẽ aial et aliud ab eo nõ est exclusiua de ter= minis transpositis sequens ad istam oẽ anial et aliud ab eo sunt duo anía lia et scõm hoc exclusiua eius eẽt ista tñ aliqd qõ et aliud ab eo sunt duo aialia est aial ⁊ ista sequitur ad sophis ma ⁊ est de terminis trãspositis eo ꝙ subiectum sophismatis ẽ solũ ly aial ⁊ hoc aggregatum aliqd quod ⁊ aliud ab illo sunt duo aialia ẽ predicatum.

¶ Ad secundam dico ꝙ subiectum et predicatũ supponunt pro eodem. ⁊ qñ dr anial et aliud ab eo pro nullo sup= ponit concedo et nego ꝙ hoc sit sub iectũ. Añ subiectuz ẽ ly aial et hº sup ponit pro aliquo et pro eodem suppo nit ly aliquid qõ et aliud ab illo sunt duo aialia: ¶ Ad tertiam. nego discur sum eo ꝙ plus ẽ ꝑdicatũ in minore ꝙ sit in maiore. et ideo posset sic argui. oẽ aial ⁊ aliud ab illo sunt duo aialia sed sortes ẽ aial: ꝯ sortes ⁊ aliud ab il lo sunt duo aialia et hoc ẽ verũ nam sortes et plato sunt sortes et aliud a sorte et tñ sunt duo aialia: ꝯ ⁊c.

Sophisma. xv.

Est istud. omne verum et deuz esse drnt. Probatur sic sophisma. de um esse nõ ẽ ꝓpõ. oẽ verũ est propos tio: ꝯ nulluz verum est deum eẽ. et vl tra nullum verũ ẽ deũ esse: ꝯ vex est aliud a deũ esse et ꝑ ꝛnis omne veruz et deũ eẽ drñt. Assumptuz siue maior ꝓbatur nam nulla oratio insignifica tiua est ꝓpõ deum eẽ ẽ oratio insigni ficatiua: ꝯ ⁊c. ¶ Secundo sic arguitur Deum esse et esse verum drñt: ꝯ omne verũ et deũ eẽ differunt. ꝛnia videtur esse nota. añs ꝗ ad vtrãq; eiꝰ partem notũ ẽ et ꝛnia tenet ab exponentibus ad expositam.

¶ Improbatur sophisma sic. Omne verum ⁊ deũ eẽ drñt deum eẽ ẽ verum ꝯ deũ esse et deũ eẽ drñt. discursus est bonus et ꝛclusio ẽ falsa: ꝯ aliq̃ ꝑmissa rum. nõ minor: ergo maior q̃ erat so phisma. ꝙ minor non sit falsa patz qr deus ẽ/ẽ ꝓpõ vera ꝯ deũ eẽ ẽ verũ. cõ sequentia tz. nã cõiter concedũtur ta les ꝓpões vl ꝛnie. sortes est: ẽ propõ vera: ꝯ sortez esse ẽ verum. Ad sophis

ma dicendum est q̃ hec oratio deum esse pōt supponere pro seipsa vel pro ista deus ē cui⁹ ipa est dictū. Tunc dico q̃ si ly deū eē supponat pro seipso bene concedo q̃ deuz eē nō ē oratio significatiua. et etiaz concedo q̃ deum eē nō est vez nec falsum qr nō ē ppositō. et secundum hoc cōcedenduz est q̃ oē verū et verum eē drñt sicut probat prima rō. ¶ Secundo dico q̃ si ly deum esse supponat pro propōe cui⁹ ē dictum tunc hec ē ꝓcedēda deū eē ꝟū Ex his pz quō sit soluēda vna rō q̃ solet adduci ad ꝓbandū q̃ quicunqz dicit te esse asinū dicat vez: solet sic argui. quicunqz dicit te esse aīal dicit verum sz q̃cūqz dicit te eē asinū ꝟt te eē aīal ꝗ q̃cunqz dicit te esse asinuz dicit vez. Ad̃ potest rñderi negando maiorem. qr dicens te esse aīal dicit vnam orōem insignificatiuā que nō ē vera nec falsa. sz qui vellet intelligere maiorem ad istū intellectū q̃ illud dictuz te esse anīal supponere ꝑ propōne cuius est subiectū tūc cōcedenda est maior et neganda ē minor. nam qui dicit te esse asinū non dicit te esse aīal licet bene aliquid aliud dicat ad quod sequitur te esse aīal. bene enī seqtur tu es asinus: ergo tu es aīal.

¶ Ad rationes. ¶ Ad primam dico q̃ probat ipsum sophisma esse veruz secundum vnum intellectum. sz quia ipa plus probat. vicz q̃ ista. deū esse ꝛ oē verum drñt quod tñ ē fl̃m. ad ipsaz respondet qñ sic arguit. deū eē ē ꝛ oē vez ē cōcedo. et deū esse nō ē omne verum concedo. ꝗ deū eē ꝛ oē verū eē differunt. nego ꝛñam qr non seqtur sortes eēt oīs hō est et sortes non est oīs homo: ꝗ sors et oīs hō drñt.

¶ Nunc in hac parte sunt videnda aliqua sophismata in q̃bus signuz vniuersale affirmatiuum vel sibi equiualens additur termīo complexo ista cōiunctione et interposita de q̃tum numero proponatur istud sophisma.

Sophisma xvi. Est istud oīa duo et tria sunt quinqz. Probatur ꝑmo q̃ sit falsum. oīa duo et tria sunt q̃nqz sz q̃ttuor sunt tria ꝛ duo ꝗ q̃ttuor st̃ q̃nqz discursus est bonus ꝛ cōclusio ē falsa: ergo aliq̃ ꝑmissarum nō minor ꝗ maior que erat sophisma. q̃ minor non sit falsa patz. nam a b c d sunt quatuor ꝛ sunt duo ꝛ tria. quod pz qr sunt a b et b c d sed a b et b c d sunt duo et tria ꝗ ꝛc. ¶ Secundo sic arguitur. Falsum ē q̃ duo et tria sunt quinqz ergo fl̃m ē q̃ oīa duo et tria sunt q̃nqz. ꝛñia ē nota et añs probatur. naz seqtur q̃ duo ꝛ tria sunt q̃nqz. ꝗ duo sunt quinqz et tria sunt quinqz.

¶ Probatur sophisma esse verum sic Duo et tria sunt q̃nqz nec plura nec pauciora ꝛ nō sunt aliq̃ duo quin ipa sint que ꝛ tria sunt q̃nqz: ꝗ oīa duo et tria sunt quinqz.

¶ Circa hoc sophisma premittenda sunt aliq̃ generalia circa istā coniunctōem ꝛ copulatiuam. que valebunt nobis ad sequentia. deinde respondebo ad sophisma.

¶ Quantum ad primum est ꝑmo sciēduz q̃ hec coniunctio aliquando ꝛ copulat inter terios solum: aliquando vero inter ꝓpōes. Exemplum primi vt hic. duo et tria sunt q̃nqz. Exēpluz secundi vt hic sortes currit et plato disputat. et quando ponitur inter terminos tunc reddit ꝓpositiones de copulato extremo et aliquando de copulato subiecto et aliquando de copulato predicato. Quando autē ponitur inter ꝓpositiones et copulat illas tūc reddit propositionem copulatiuam ꝛ ypotheticam. ¶ Secundo notandum est q̃ quādo ꝑdicta copula ponitur inter terminos tūc si denotat predicatum conuenire vtriqz parti ipius diuisim tunc dicitur teneri distributiue. vt hic sortes et plato currunt. In ista enim propositione predicatum currunt denotatur inesse sorti et etiaz platoni copulatīe. si aūt dicta copula posita inter terminos denotat predi

catum inesse non vtriqꝫ parti copula ti per se sed ambabus simul sumptis dicitur tunc teneri collectiue sicut hic sortes et plato trahunt nauem. Unde per istam propositionem non denotatur ꝙ sortes trahit nauem. nec ꝙ plato trahit nauem sed denotatur ꝙ ambo simul trahunt nauez Patet ergo ex isto ꝙ ista copula et aliquando tenetur distributiue et aliquando collectiue. ¶ Tertio notandum est ꝙ aliquorum terminorum includentium istam coniunctionem copulatiuam ⁊ quedam includunt prout tenetur collectiue quedam vero prout tenetur distributiue. Exemplum primi. vt termini numerales vt duo tria bis ter ⁊c. Exemplum secundi vt omnis ⁊ nullus ⁊c. Quarto notandum est ꝙ in oī propositione cathegorica de copulato extremo proprie loquendo hec cōiunctio ⁊ tenetur collectiue et non distributiue. Et ratio est quia hec coniunctio et non tenetur distributiue sed collectiue quando propositio in qua ponitur nō est copulatiua nec equiualens. sed propositio de copulato extremo nec est copulatiua nec equiualet copulatiue de forma: ergo ⁊c.

¶ Secundo cōiter concedimus tales ꝓpositiones sortes et plato sunt materia et forma: sunt compositū: sortes et plato trahūt nauē. duo et tria sunt quinqꝫ q̄ tñ nō essent vere nec ꝓceden de si hec copula ⁊ teneretur distributiue et non collectiue. ¶ Tertio nam hec copula ⁊ in p̄dicato nō tenetur distributiue sed collectiue: ergo ⁊ in subiecto tenetur collectiue ⁊ nō distributiue ⁊ p ꝓñs q̄ñcunqꝫ ponitur in ꝓpōe de copulato extremo tenetur collectiue. ista ꝓña tz. sz secunda ꝓña tz p conuersionem scōm ꝙ fit de p̄dicato subiectum. añs pz de ista sortes ē grāmatic' ⁊ music'. sic etiā de ista q̄nqꝫ sunt duo ⁊ tria. ⁊ pluribus alijs nūq̄ ergo hec coniunctio ⁊ posita in ꝓpōne de copulato extremo proprie et formaliter tenetur distributiue. ¶ Quinto ē notandum ꝙ si hec copula et teneatur collectiue nō cōfundit terminū sequē tē se mediate sed bñ tenetur distributiue. iō in ista propōe duo et tria sunt quinqꝫ ly q̄nqꝫ supponit determinate et non confuse. sz in ista oīs homo est aīal ly aīal stat confuse. qz copula inclusa ī hoc signo oīs tenetur distributiue. Ex hoc sequitur tres ꝓpositōnes esse falsas scōm cōmunē modū loquēdi. in tribus locis stat corpus. ex eo ꝙ corpus stat determinate. eo ꝙ sequitur terminum numeralē qui scōm p̄ dicta includit istam coniunctionem ⁊ retentam collectiue que sic accepta non confundit sicut dicebat ⁊ cuz ita sit ꝙ nullum corpus sit in trib' locis falsum est dicere ꝙ in tribus locis est corpus. ¶ Secundo hoc infero esse falsum quod ꝯmuniter dicitur respiciendum ad pauca ꝙ isti tres ťmini bis ter q̄ter ꝯfundunt ťmīos īmediate sequentes se confuse tm̄. q̄a hmōi aduerbia cū sint numeralia īcludunt istam coniunctōem ⁊ tentam collectiue sicut patet ex tertio notabili seu ex tertia suppositione. sed ipsa tenta collectiue non confundit terminuz seq̄ntem se vt patet per vltimum notabile ¶ Tertio sequitur has propositōes esse falsas bis potabamus vinuz ter comedimus panē ⁊ sic de alijs. eo ꝙ in ipsis predicata stant determinate et nullum panē ter comedi ⁊ nullū vinū bis potaui: q̄ sequitur dictas propositiones esse falsas. et consimiliter seq̄tur istam eē falsam: hic ⁊ rome venditur piper. sicut ista piper vēditur hic ⁊ rome. cum in vtraqꝫ ly piper teneatur determinate. Ex eodem fundamēto sequitur istam eē falsam isti portāt lapidem demonstrando sortem et platonem: ⁊ hoc posito ꝙ sortes portet a lapidem et plato b lapidem et non ambo vnum lapidem simul propter hoc ꝙ in dicta propositione ly lapidē non confunditur. et quia null' lapis feratur ab istis sicut ponit casus se-

quitur dictam propositionem esse falsam. Sequitur vlterius istam esse veram. isti sciunt septem artes liberales posito q̃ sortes sciat tres et plato alias quattuor. quia ista copula ⁊ inclusa in li isti tenetur collectiue ⁊ ideo desinat predicatum conuenire partibus copulati simul sumptis.

Et si arguatur. Isti sciunt septem artes liberales: ergo vterq̃ istorum scit septem artes liberales. negandum est consequentia. q̃ in ista isti sciũt septẽ artes ⁊c. li isti tenetur collectiue. ⁊ hec copula ⁊ inclusa in li isti tenetur collectiue. ⁊ in li vterq̃ tenetur distributiue: ⁊ sic non valet consequentia. Ex istis sequitur q̃ a propositione de copulato extremo ad copulatiuam nõ valet consequentia de forma nec econtra. ¶ Primo quia in vna li et tenetur collectiue: ⁊ in alia distributiue. secundum bonum modum loquendi licet aliqñ tales consequentie valent gratia materie. Unde non sequit duo ⁊ tria sunt q̃nq̃: ergo duo sũt q̃nq̃: ⁊ tria sunt q̃nq̃. ¶ Secũdo non sequitur sors ⁊ plato differũt a sorte: ꝫ sortes differt a sorte ⁊ plato differt a sorte. quia antecedens est verum et consequens est falsum. ¶ Tertio non sequitur. a ⁊ b sunt homies: ergo a est homo et b est homo. Nam ponatur q̃ a imponatur ad significandum medietatem duorum hominũ. ⁊ b alias duas medietates eorumdem hominum. tunc verum est q̃ a ⁊ b sũt homines. ⁊ tamen falsum est dicere q̃ a est homo: ⁊ q̃ b est homo. ¶ Quarto: Nam nõ sequitur a ⁊ b videntur a sorte: ergo a videtur a sorte. ⁊ b videt a sorte. posito q̃ sortes videat lunam ⁊ medietas lune versus sortem sit a. ⁊ medietas retro ipsum sit b. tũc quia luna videtur a sorte ⁊ luna ẽ b. ⁊ a: sequitur q̃ a ⁊ b vident a sorte. et tamẽ propter hoc non sequitur copulatiua q̃ a videatur a sorte. ⁊ b videat a sorte. cum alia eius pars sit falsa: et antecedens sit verum. ¶ Quinto non sequitur. sortes ⁊ plato sunt societas ergo sortes est societas et plato ẽ societas Sic ergo patet q̃ non valz consequentia a propositiõe de copulato extremo ad copulatiuam gratia forme Deinde declaratur q̃ non valet consequentia a propositione copulatiue ad propositionem de copulato extremo. Nam non sequitur album est semiscutum ⁊ nigrum est semiscutum ergo album et nigrum sunt semiscutum. Ans est verum ⁊ consequens falsum. eo q̃ album ⁊ nigrum sunt integrum scutum ⁊ non semiscutum posito q̃ illius scuti vna pars est alba ⁊ alia nigra. ¶ Secundo nõ sequitur duo sunt medietates quattuor et duo sunt medietates quattuor: ergo duo ⁊ duo sunt medietates quattuor. quia ans est veruz et cõsequens falsum eo q̃ duo ⁊ duo sunt quattuor et nõ medietates quattuor.

¶ Ad sopisphima Dico q̃ sophisma est verum ꝓ m q̃ prius probatur. Sed quantum ad modum arguendi dubitatur de subiecto sophismatis. Utruz solum li duo vel hoc aggregatũ duo et tria sit subiectum. Ad hoc dicitur q̃ duplex est subiectum quoddaz est locutionis. alterũ vero propositionis Subiectum locutionis dicitur aggregatum ex omibus precedentibus copulam verbalem licet quelibet pars illius aggregati esset pars predicati propositionis. Subiectum autem propositionis dicitur q̃ nec ipm nec aliq̃ pars eius se tenet a parte p̃dicati: si tñ est subiectum propõis sicut hic homo bestiam est videns. vnde subiectuz locutionis potest dici li homo bestiam: ⁊ tñ videtur q̃ li bestiam non ẽ pars subiecti propositionis: sed omnino se tenet a parte predicati. Quod patet resoluendo propositionem: resoluitur enim sic. homo est videns bestiam. hoc idem patet de ista. omnis homo vel asinus currit. cuius subiectum locutionis potest

esse homo vel asinus ex quo precedit copulam in locutione:sed tamẽ hº aggregatum nõ põt esse subiectũ ꝓpõis sed soluz li homo eo ꝙ singularis eiꝰ non põt assignari sicut priꝰ dicebatur et ideo solemus dicere ꝙ solũ li hõ est subiectum ꝓpõis:ꝛ li asinꝰ sit pars predicati.ꝛ ꝙ non est incõueniens subiectum locutionis eẽ partez p̃dicati.hº patet de ista/cuiuslibet homis asinus currit.in qua etiam subiectũ locutionis põt dici hominis asinus et solum li homo est subiectum:ꝛ li asinus est pars predicati..vnde si hoc totum hominis asinus eẽt subiectum ꝓpõnis tunc etiam non posset singularis eiꝰ assignari sicut prius dicebatur:ꝛ ideo oportet dicere ꝙ li asinus ẽ pars predicati.et ista patent resoluendo predictas propõnes.vnde prima resoluitur omis homo ẽ quivꝭ asinus currit secũda resoluitur sic.cuiuslibz hoinis est asinus currens.vel sic:quilibet hõ est cuius asinꝰ currit.Tũc ad propositum põt dici ꝙ in sophismate subiectuz locutionis potest dici hoc aggregatum duo et tria:et subietũ ꝓpõnis est solum li duo.Et ꝟm hoc sophisma sic debet resolui.omnia duo sunt que et tria sunt quinqꝫ:et debet sic argui omnia duo sunt que et tria sunt quinqꝫ:a et b sunt duo:ergo a et b sũt que et tria sunt quinqꝫ. Vnde predicatuz propositiõis posset dici hoc aggregatum duo et tria:sicut subiectum locutionis propter hoc non obstabit quin singulares eius possumus assignare.Vnde dico ꝙ eius singularis est ista/ ista duo et tria sunt quinqꝫ dico etiam ꝙ subiectũ istius ꝓpositionis non ẽ aptum natũ supponere ꝓ pluribus vniuoce: sed quia non est sic de subiecto istius.iste homo et asinus currunt.et similiter de subiecto istius / istius hominis asinus currit et de illa duo ꝛ tria sunt q̃nqꝫ ꝛ ſlib̃ ꝛ iõ non oportz si talia aggregata dicimus esse subiectum ꝓpõis ꝙ sit etiã sic in proposito.et ideo aliter posset dici hic et ibi.et ꝟm hoc sic arguendus est.omia duo et tria sunt quinqꝫ.a b c d sunt duo ꝛ tria:ꝯ a b c d sunt quinqꝫ Sed est sciendum ꝙ si dicat primo modo:scz ꝙ subiectum ꝓpõis est solũ li duo:ꝛ residuum se tenet a parte predicati tunc sophisma est ꝑcedendum. Nam designat tunc ꝙ de q̃cunqꝫ ẽ verificabile li duo.ꝙ de ipso.est verificabile ꝙ ipsa ꝛ tria sunt quinqꝫ.Si dicatur secũdoº.põt dici ꝙ sophisma ẽ falsum:quia tunc significat ꝙ de quocunqꝫ verificat li duo et tria ꝙ de eodem verificat li quiqꝫ:modo hº est falsum:Sed qꝛ prima ratio videt clarissime placuisse.nihilominus si placet sustinere ꝙ sophisma est verũ siue hº aggregatum duo et tria sit subiectuz vel li duo solũ:tũc rñdetur ad primaz rationẽ qñ dicitur:a b c d sunt:a b ꝛ b c d.negat.Ratio huiꝰ ẽ:qꝛ ex q̃ copla copulat ĩter diuersa ꝟm cõmuẽz modum loquendi:tũc per illã denotatur ꝙ a b c d sunt a b:ꝛ aliud a primo b. ꝛ c d et hoc est falsum.¶ Ad secũdam nego istam ꝑmitiã.duo ꝛ tria sũt quiqꝫ ꝯ duo sunt quinqꝫ ꝛ tria sunt quiqꝫ qꝛ non valet ꝑsequentia de forma a propositione de copulato extremo:ad ꝓpõnem copulatiuã sicut prius dictuz est.Et hec de hoc sophismate

Sophisma.xvii.

Omnis hõ ꝛ duo homies sunt tres homines. ¶ Improbatur sophisma.Omnis homo et duo homies sunt tres homines:sed sortes et plato sunt hõ ꝛ duo homines:ꝯ sortes et plato sunt tres hoines Discursus videtur ẽẽ bonus.et cõclusio ẽ falsa:ergo aliqua premissarum et non mioꝛ ꝯ maioꝛ q̃ est sophisma.ꝙ minoꝛ sit vera probatur:quia sortes et plato sunt sortes:ꝛ sortes ꝛ plato sunt tres homines ergo sortes ꝛ plato sunt hõ ꝛ duo homines quod erat probandum.

¶ In oppositum arguitur.Sortes et duo homines sunt tres homines:et plato et duo homines sunt tres homines:ꝛ non est aliquis homo quin ipse

ꝛ duo homines sint tres homines: ergo oīs homo et duo hoīes sūt tres hoīes ¶ Ad sophisma rndetur q̃ ipsum est verum. ¶ Ad rationes in contrarium Ad p̃ma negatur discursus eo q̃ pl⁹ p̃dicatur in minore q̃ distribuebat in maiore. tamē discursus valerz si sic arguereturoīs homo et duo hoīes sunt tres hoīnes: sortes ē hō: g̃ sortes ꝛ duo homīes sūt tres hoīes. Tūc enī tm̄ p̃cise p̃dicaret in minore sicut distribuebatur in maiore. Aliter pōt dici negando minorē. scilz sortes ꝛ plato sūt homo et duo hoīes. et qn̄ dicit sortes ꝛ plato sunt sortes ꝛ sortes et plato: illa est negāda: propter qd̄ ad veritatē illius oporteret q̃ sortes et plato eēnt sortes ꝛ vnus alius a prio sorte ꝛ platone: modo hoc est falsum. et istud dicebatur in illo sophismate: duo ꝛ tria sunt quinq̃.

Sophisma. xviii Est istd̄ Omnis homo et alius homo sunt. ¶ Probatur sophisma. Sortes et alius homo sunt et plato et alius homo sunt ꝛ sic de singulis: ergo oīs hō ꝛ alius hō sunt. ¶ Secundo sic arguitur. Cōtradictoriuz sophismatis est falsum: g̃ sophisma ē verum. ꝓna tz. ans p̃bat. nam ꝓdictorium sophismatis est aliq̃s homo non est qui et alius homo sūt et hoc ē fm ¶ Improbatur sophisma. omīs homo et alius hō sunt: g̃ oīs homo ē et alius homo est. ꝓntia ē nota ꝛ falsitas consequētis probatur. nā ex q̃ in scda pte ꝓntis li hō suppōit determīate signetur ergo ille hō ꝛ sit sortes tūc arguit Oīs hō est ꝛ sors alī⁹ hō est: modo h⁰ est falsum posito q̃ non sit nisi vn⁹ hō scilz sortes Tunc ad sophisma rūdeo q̃ est verum sicut p̃bauerūt due p̃me rationes. Maz sensus sophismatis est. omīs hō est qui ꝛ alī⁹ hō sūt. ꝛ fm hoc propositio debet dici propō de copulato predicato: tn̄ cuz hoc bn̄ stat q̃ pōt dici de copulato subiecto scz de subiecto locutionis ꝛ non propositionis ¶ A rationes. ¶ Ad primam dicitur negando ꝓntiam. nam a propositione de copulato extremo ad copulatiuā n̄ valet ꝓntia gr̄a forme sicut pri⁹ dicebatur in isto sophismate/duo et tria sunt quinq̃. Sed diceres. est ne hec copulatiua vera: omnis homo ē ꝛ alius hō ē? Et videtur q̃ sic. nā sors et alius homo est: qꝛ plato et plato est et alius homo ē. qꝛ cicero est ꝛ sic d̄ alijs: g̃ propositū. ¶ Ad hoc respondeo ꝛ dico q̃ copulatiua est falsa sicut patuit vbi falsita ꝓntis p̃batur circa argumentuz factū in oppositū. Sz qn̄ dr̄ sors ē et alius homo ē: g̃ ꝛc. negāda est ꝓna ex eo q̃ arguitur a plurib⁹ determīate supponētibus ad vnā illaꝫ: ꝛ sic committitur fallacia figure dictionis. et ecce sicut hic aliquis homo ē iste homo ꝛ sic de alijs: g̃ alquis homo ē oīs hō. Unde in subiectis singularium sunt plures supponētes determīate ī consequente vero est vn⁹: scilz subiectuz ꝓntis. sic etiam est hic cū dr̄/sortes est ꝛ alius hō est/ꝛ plato est ꝛ alius hō ē: g̃ oīs hō est et alius hō est: qꝛ in partibus ānīs sunt plures supponentes determinate hui⁹ t̄mini hō: quia eius dez termini hō ex quo in ānte dictus terminus pluries sumit: in consequēte vero solum vna suppositiōe determinata solū accipitur semel. ꝛ hoc est qd̄ consueuerūt antiqui dicētes q̃ quando arguitur a plurib⁹ determinatis respectu partium multitudinis ad vnuz determinatū respectu toti⁹ multitudinis ꝓmittitur fallacia figure dictionis. ¶ Aliter pōt dici negando consequētiā. ꝛ qn̄ dr̄ iste hō ē ꝛ alius hō ē et iste hō est ꝛ alius hō ē ꝛ sic de singulis: g̃ omīs hō ē et alī⁹ hō ē. ē p̃pt istā rōnem: qꝛ ans ē p̃pō ypothetica q̄ nō ē singularis eo q̃ ypothetica nullius dicitur esse quantitatis.

¶ Nunc in ista pte videnda sunt sophismata in quib⁹ hec sincathegoreuma oīs vel aliquid sibi equiualēs additur termīo cōplexo coniunctiōe cōditionali interposita. de quoꝫ numero preponetur istud sophisma.

Sophisma.xix. est istud omne falsum si ē impossibile non est verum.

¶ Improbatur sophisma. Omne falsū si est impossibile non est verum: sz deum esse est falsum si est impossibile. ꝫ deum esse non est verum: quod tamē est falsum. ¶ Probatur sophisma hoc falsum si est impossibile non est verū et hoc falsum si est impossibile non ē verum ⁊ sic de alijs: ergo omne falsū si est impossibile non ē verum. ¶ Secundo sic. Omne falsuz ē quod si ē impossibile non ē verū: ꝫ oīe falsum si est impossibile nō ē vez. ꝓna tz qr idez significat añs ⁊ ꝓns. añs notum est de se. ¶ Tertio arguitur. Cōtradictoriū sophismatis est falsuz: ꝫ sophisma est verum. ꝓntia tz et añs probat. nā siue cōtradictoriuz eiꝰ assignetur illud aliquod falsum si est ipossibile nō est vez: siue aliquod falsum nō ē quod si ē impossibile nō ē verum. modo patz ꝙ vtrunq; ē falsum. ¶ Iuxta hoc sophisma ponenda sūt ꝑmo aliqua valentia ad sequentia. deinde respondēdum est ad sophisma.

¶ Quantum ad primū est sciendū ꝙ ista coniūctio si aliquādo coniūgit inter propōnes: aliqñ vero inter terminos. Exemplum primi vt anīal currit si homo currit. Exemplum secūdi. vt sortes currit si non quiescit. ¶ Secundo notandum est ꝙ quando coniungit inter propōnes causat ꝓpositōnez ypotheticam conditionalē cuius vna cathegorica dr añs: scilz illa cui immediate illa coniuctio si preponit. et alia dicitur ꝓns sicut hic anīal currit si homo currit. li hō currit dicit añs: ⁊ li aīal currit ꝓns. Sed qñ coniungit inter terminos tūc nō dr ꝓpō ypothetica immo causat ꝓpōem cathegoricaz de conditionato extremo. ¶ Tertio notandum est quid requiritur ad veritatem conditionalis. de hoc aliqui dicūt ꝙ ad veritatem ꝓditionalis requirit ꝙ añs non sit vez nisi ꝓns sit verū et hoc non valet. nam hec conditionalis est vera: si homo currit homo est aīal et tamen añs pōt esse verū ꝓnte non existēte in rerum natura. Unde si formaretur añs absq; hoc ꝙ formaretur ꝓns. et eēt ita sicut significat aficedēs tunc añs esset verum ꝓnte non existēte vero: ¶ Alij dicunt sic ꝙ ad veritatē ꝓditiōalis reqritur ꝙ añs non sit verum si ꝓns non possit esse verum si formatur: Sed adhuc non valeret. Nam ista est conditionalis vera si oīs propō est affirmatiua nulla propositō est negatiua. et tamen añs pōt eē verum non obstante ꝙ ꝓseqns nō possit esse verū quando formaret. Nō añs possit esse verum clarum. est Nā posito ꝙ non essent in mundo nisi propositiones affirmatiue tunc si hec formaretur. omnis propositō est affirmatiua ipsa esset vera. Sed ꝙ impossibile sit ipsam esse veram nulla propositio est negatiua patet: qr si possibile est istam esse verā vel esset vera quādo est vel quando non est. non pōt dici secundum: quia ad hoc ꝙ propō sit vera ad minꝰ requiritur ipsā esse. Non potest dici primum: qr quādocūq; ista propō est/nulla propō est negatiua. tunc propō negatiua est ex quo ipsa est negatiua sicut patet intuenti. sed qñcunq; aliq; ꝓpō ē negatiua tūc aliter est ꝙ significat hec propō nulla propositō est negatiua: ⁊ per ꝓns dicta propō est negāda et falsa: ꝫ quandocunq; hec propō est/nulla propō est negatiua ipsa est fla. ⁊ hoc est sicut dixerūt antiqui logici. et bene: qr dicte propōnis actus exercitus repugnat actui signato. idest esse et existere dicte propositiōis repugnat sic esse sicut per ipsam significatur. Ex hoc sequitur ꝙ impossibile est hanc esse veram nulla propositio est negatiua. Sed diceret aliquis si impossibile eēt istā eē veram tūc ita esset ꝙ ista esset ipossibilis: sed cum ista sit ꝓns ad istam/oīs propō est affirmatiua q̄ est possibilis sequitur ꝙ ex possibili sequeretur impossibile: qd est falsum. Rñdeo negā

do istam ꝓñtiam talē ꝓpōem impossi
bile est esse veram: ⁊ ipsa est impossibi
lis. Unde dico ꝙ multe propōes sunt
possibiles quas tñ impossibile est eas
esse veras. sicut patet de ista prositōe
scripta in papiro: ista papirus non est
demonstrando per ly ista papirum in
qua scripta est illa est possibilis et ta=
men impossibile est ipsam esse veram
eo ꝙ q̄diu ista durat papirus est in q̄
scripta est: quam papirum ista signi=
ficat non esse: ⁊ q̄diu ista est ipsa est
falsa. quando autez descripta non est
ipsa nec est vera nec falsa. Quod aūt
dicta propō sit possibilis ptz: quia vel
est possibilis vel non possibilis. si est
possibilis habetur ꝓposituz. si nō possi
bilis tunc eius contradictoria est ne=
cessaria: scz ista/ista papirus ē. modo
hoc est falsum. ptz ergo aliquā ꝓpōez
esse possibilē quam impossibile ē eēve
raz. Ex hoc sequitur ꝙ propter hoc ꝓ
positio non ꝯz impossibilis: quia quā
docunqz ipa format ipa est falsa. Maz
tunc ista esset impossibilis: nulla pro
positio est negatiua. ⁊ similiter ista pa
pirus non est. sed hoc est falsum: quia
cōtradictorie earum essent necessarie
Sed ꝓñtia probatur. Nam q̄ñcunqz
ille propōes formātur ille sunt false.
¶ Juxta hoc etiam infero ꝙ proposi
tio non dicitur necessaria eo ꝙ quan
docunqz formatur ipsa est vera. Nam
tunc ista esset necessaria: aliqua propo
sitio est affirmatiua. sed hoc est falsuz
quia tunc eius contradictoria esset im
possibilis. ꝓñtia tz: qr q̄ñcunqz ista pro
positio formatur. aliqua ꝓpō est affiā
tiua tunc aliq̄ propō affirmatiua est
⁊ q̄ñcunqz dicta propō format ipsa est
vera. Est ergo dicendum ꝙ propō ꝯz
possibilis ex eo: qr qualitercūqz ꝓ ipaz
est significabile sine noua eius impo
sitione sic eē est possibile. et q̄litercun
qz per eius ꝓtradictoriā est significabi
le sic esse nō ē impossibile. Sed propō
dicitur impossibilis eo ꝙ q̄litercūqz ꝓ
ipsam est significabile sic esse ē ipossi
bile vel q̄litercunqz per eius contradi
ctoriaz ē significabile sic necesse est eē
Sed propō dicitur necessaria eo ꝙ q̄
litercunqz per eā ē significabile sic es
se est necessarium. vel q̄litercunqz per
eius contradictoriam est significabile
sic esse est impossibile. Dicendū est alt
ter ꝙ ad veritatem conditionalis re=
quiritur ꝙ ita est sicut significabile ē
per añs. necesse est sic esse sicut signifi
catur per cōsequens intelligēdo sine
noua impositione terminoꝝ. Ex hoc
sequitur illō quod cōiter solz dici: scz
ꝙ omnis conditionalis vera est neces
saria. Ista sunt dicta in generali q̄tuz
ad istam coniunctioem si.

¶ Respondetur ad sophisma. Unde
ex his que dicta sunt patet ꝙ sophis=
ma non est propō conditionalis sed ca
thegorica de copulato extremo. Sed
dubium est de ipso subiecto et per con
sequens an solum ly falsum distribua
tur. vel hoc aggregatum falsum si est
impossibile. Ad quod respondeo si lo
quatur de subiecto locutionis tunc hꝰ
aggregatum falsum si est im possbile
est subiectum. Si autem loquatur de
subiecto propositionis tunc solum ly
falsum est subiectum et residuū se tz
a parte p̄dicati. ita ꝙ scōz hoc sophis
ma sic resoluitur. falsum ē aliquid qō
si est impossibile nō est verū: ⁊ ꝓz hoc
dico ꝙ in sophismate solum ly falsuz
distribueretur et est sophisma verum
Nam significat ꝙ de quocunqz est ve
rificabile ly falsum de eodē est verifi
cabile ly aliquod si est impossibile nō
est verum. Et ꝓm hoc respondeo.
¶ Ad rōem probantem contradicto=
rium. Cuz arguitur sic· Omne falsuz
si est impossibile non est verum deum
esse ⁊c. negatur discursus. eo ꝙ plus
predicatur in minore q̄ erat subiectū
in maiore. et ideo debet sic argui. om
ne falsum si est impossibile: non est ve
rum deum esse est falsum: ergo deum
esse si est impossibile non est verum. ⁊
tunc minor est falsa.

Sophisma xx. Est istud. Omne anial si est sortes differt a platone.

¶ Primo improbatur. Oē anial si est sortes differt a platone: chymera est animal si est sortes: ergo chymera differt a platone. conclusio est affirmatiua: et cuz subiectum ꝓ nullo suppōat sequitur q̃ ē fl'a. Ex alio pz q̃ concl'o sit falsa: qz si chymera differt a platōe tunc differentia est inter chymeraz et platonez. sed hoc est falsum: qz differētia est inter entia: et non inter ens et non ens. ¶ Secundo sic. Omne animal si est sortes differt a platone: plato est animal si est sortes: ergo plato differt a platōe: ꝓns ē falsum: quia nihil differt a seipso. ¶ Probat sophisma hoc aial si est sortes differt a platone ⁊ illō si est sortes differt a platone: et sic de alijs: ergo oē anial si est sortes differt a platone.

¶ Respōdetur ad sophisma q̃ ipm ē vez. Et pro solutione rōnū dico sicut in sophismate p̄cedenti q̃ subiectum potest esse hoc aggregatum aial si est sortes: loquendo de subiecto locutionis. tamen loquendo de subiecto propositionis et distributionis solum ly anial est subiectū et secūdum hoc sic resoluitur sophisma. oē aial est aliq̄d quod si est sortes differt a platone: ita q̃ hoc sophisma sicut et precedēs sit de predicato condictionato: licet bene stet q̃ pōt dici de ꝓdictionato subiecto locutionis.

¶ Ad rationes. Ad primam negatur discursus eo q̃ plus p̄dicatur in minori q̃ subijciebatur in maiori. Et ideo q̄ vellet bene arguere deberet sic arguere. oē anial si est sortes dr̄t a platone. chymera est aial: ꝯ chymera si est sortes dr̄t a platone. ¶ Contra hoc qd dictum ē q̃ chymera nō dr̄t a platōe arguit. Nā sequit bene chymera nō differt a platone: ꝯ chymera est plato ¶ Secundo arguitur. chymera non ē plato ergo chymera differt a platone ꝓna videtur tenere eo q̃ dr̄t ⁊ nō idē equipollent. ¶ Ad ista dicendum est ¶ Ad primum cōceditur ans: et cū infertur: ꝯ chymera ⁊c. negatur. ꝓna. vñ ad hoc q̃ dicta ꝓna valeat requiritur constantia subiecti: et ideo bene concederem istā consequētiā. nō dr̄t a platone: et chymera est et plato est. ꝯ chymera est plato: et tūc secūda ꝑs antecedentis scz chymera est: est neganda ¶ Ad secundā arguitur. chymera nō est plato ꝯ dr̄t a platone: negatur consequētia: lz bene sequatur chymera ñ est plato: ⁊ chymera est ⁊ plato ē: ergo chymera dr̄t a platone: sed tunc secūda pars ānitis esset falsa Alterius qñ dicitur differt et nō idē equipollēt: cōceditur. et ideo bene cōcedit ista consequentia. chymera ē non idem platoni. ꝯ dr̄t a platone: sz negatur ans. nō tamen propter hoc valz ista ꝓnitia: chymera non est idez platoni: ꝯ chymera dr̄t a platone. Et rō huius est. qz istō vbum dr̄t includit istā negationē nō infinite et non negatiue. ¶ Ad secundā rōnē principalez negat discursus propter cām dictā insolutōne p̄me rationis. Similiter pñt ꝓbari et improbari et etiam solui ista sophismata: oīs hō si est asinus est anial irrōnale omne anial si est risibile ē hō. et sic de multis alijs.

¶ Nunc in hac parte videda sunt sophismata in quibus hoc sincathegoreuma oīs vel sibi equiualens additur termio complexo hoc relatio q̄ interposito. De quoz numero sit istud sophisma sequens.

Sophisma xxi. Oīs homo q̄ est albus currit posito q̃ sint aliqui homines albi et aliqui nigri: et q̃ omnis homo qui est albus currat et nullus homo niger currat. ¶ Improbatur sophisma Omnis homo albus currit: ergo oīs homo currit qui est albus cōsequēs ē falsum: ergo ⁊ ans ꝓnitia probat. nā nō videtur esse dr̄nitia inter dictas propositiones. Falsitas ꝓnitis probatur. naz

sequitur omnis homo currit qui ē al bus:omnis homo niger est homo: ꝗ omnis homo niger currit qui est al= bus. Discursus videtur esse bonus et cōcło est falsa vt notum est de se:ꝗ aliqua p̄missarꝝ et nō minor ꝗ maior que erat sophisma. ¶ Secundo sic arguit.omis homo currit qui ē alb⁹ ꝗ omis hō currit.et oīs homo ē alb⁹. ꝑ̄ns ē fl̄m per casuz ꝗ et añs.¶ Probat ꝑ̄ña eo q̄ hoc relatiuū idem stat pro oībus ꝓ quibus supponit suū añs:ꝗ cū añs sit iste t̄minus hō q̄ suppōit ꝓ omni hoīe ex quo distribuit sequtur q̄ illud relatiuū qui etiam supponit ꝓ omni homīe.¶ Tertio sic arguit oīs hō qui est alb⁹ currit.omis homo ni= ger est hō:ꝗ omis hō niger qui ē alb⁹ currit.discursus videt esse bon⁹.quia in primo modo prime figure arguit ⁊ concło est falsa.¶ Quarto sic argui= tur.oīs hō qui est albus currit:ꝗ iste hō qui est albus currit demōstrando hoīem nigrū.ꝑ̄ns est flz ꝗ et añs.fal= sitas ꝑ̄ntis patz.et ꝑ̄ntia videt tene= re eo q̄ arguit a termino stante cōfu se et distributiue ad eius singulares vel tenet a propositione vniuersali ad eius singulares.Quinto sic argu itur.omnis homo qui est alb⁹ currit omnis homo niger qui est albus ē ho mo qui est albus:ꝗ omis homo niger currit.concło est falsa et discursus vi detur esse bon⁹:ꝗ aliqua p̄missarum et nō minor ꝗ maior q̄ erat sophisma ¶ Probatur q̄ minor nō sit falsa:qz cō tradictoria sua est falsa:ꝗ ipsa est ve= ra.Nam cōtradictoriū minoris ē.ali= quis homo niger qui ē alb⁹ nō ē hō q̄ est alb⁹:sed hoc est falsū:qz equiua= let isti copulatīe aliquis homo niger est albus et ille non est homo qui ē al bus.et ista est falsa.

¶ In oppositū probatur sic sophisma omnis homo alb⁹ currit:ꝗ omnis hō qui est alb⁹ currit.ꝑ̄ntia tz:qz iste ter= minus hō alb⁹ et hō qui est alb⁹ con uertunt.et añs patz per casum. ¶ Se cundo sic.oīs hō alb⁹ currit:sed omis homo qui est albus est homo albus ꝗ omis hō qui est alb⁹ currit.discurs⁹ videtur esse bon⁹:qz est in pīo° p̄me figure.et maior est vera per casum et minor de se est nota.

¶ Ad istud sophisma antiqui sophi= ste consueuerunt rn̄dere q̄ ipsum est multiplex ꝓm cōpositionem et diuisi= onem.in sensu diuiso dixerūt sophis= ma esse falsum.et vt sic sensus ei⁹ esz q̄ omis hō currit qui est albus:et sic ipsum dixerunt copulatiuuam impli citam equiualētē isti.omis hō currit et ille est albus:et sic distributio ca= deret solum super istum terminum homo: et distribueret vniuersaliter istum terminum homo pro quolibet homine.In sensu autem composito illud totum homo qui est albus dis= tribuitur:et sic sophisma est verum.⁊ valet istam omnis homo albus cur= rit.que est vera per casum.Alteri⁹ di cunt q̄ sophisma in sensu diuiso non habet singulares cū sit ꝓpositio ypo thetica et multe singulares prime p= tis sunt false.nā demōstrando homi= nē nigruz.hec est falsa iste hō currit: In sensu aūt composito nō sequit.oīs homo qui est alb⁹ currit:ꝗ oīs homo currit et ille est alb⁹:sz p̄mittitur fal lacia ꝑ̄ntis:quia bene sequitur econ= tra et non.sic.Sed cōtra hoc aliq̄s ar gueret probando istam conseq̄ntiā ē bonam.omis homo albus currit: er= go omnis homo currit.quia singula res añtis inferunt singulares ꝑ̄ntis sequit enim iste hō alb⁹ currit:ꝗ iste homo currit et sic de alijs:ꝗ vl̄is in= fert vl̄em.Rn̄detur negando ꝑ̄ntiam sed bene sequit oēs singulares ꝑ̄ntis inferūt ab oībus singularib⁹ añtis: ꝗ añs infert ꝑ̄ns:sed sic non est in pro posito.nam plures sūt singulares con sequentis q̄ añtis ꝓ plurib⁹ enim fit distributio in ista.omis homo currit q̄ in ista.omis hō alb⁹ currit. Et ido aliqua est singularis huius.omis ho mo currit.q̄ nō ifert ab alia singula= ri illius.oīs hō alb⁹ currit.vl̄is ꝗ non

infert vlem nisi qlz singularis ꝓnt; in ferat ex singularibus antis. ¶ Aliter pōt respōderi ad sophisma sine tali distinctione. et qz iste ēmin⁹ hō restringit per li qui est alb⁹. ido anteq̄ rnde am⁹ ad sophisma aliq̄ sunt notanda. ¶ Et primo q̄ restrictio est coartatio alicui⁹ ēmini cōis ad standū p aliquibus suis significatis ⁊ nō p oīb⁹ ppē additionē restrīgētem ipm nō obstrāte q̄ ponit signū vle affirmatiuum Ex q̄ sequit q̄ nunq̄ aliqs ēmin⁹ pōt restringere aliū nisi sit vle pdicabilis de aliquib⁹ sub termio restrīgibili cōtētis ⁊ de aliquibus non. Aīa qz aliqs hō ē albus ⁊ ali⁹. nō: sicut ponit casus ideo iste ēmin⁹ albus pōt restringere istum ēminū hō: dicēdo oīs hō alb⁹ vl dicendo oīs hō qui ē alb⁹. sed si omis hō eēt alb⁹ tūc iste ēmin⁹ albus nō restringeret istum ēminū hō sibi additum ppē hoc q̄ ī ista oīs hō alb⁹ currit li hō supponeret p tot p quot supponit in ista oīs hō currit. ¶ Sciendum est etiā q̄ aliqn ē sil restrictio et implicatio. et aliquādo īplicatio sine restrictione. Exemplū pmi sicut hic. oīs hō q̄ est alb⁹ currit ē sil restrictio ⁊ implicatio. vn in ea iste ēmin⁹ hō restringit ⁊ cū h° īplicat q̄ aliqs hō sit alb⁹ Exēplū secūdi. omis hō qui ē aīal currit. ibi enī ē īplicatio. implicat enim oēm hoīem ē aīal. et nō restringitur qz iste termin⁹ aīal ē verificabilis ꝺ oī ꝓtento sub isto ēmino hō: et ppterea impedit restrictionē p regulam datā ¶ Item sciēduz ē q̄ aliqn ē implicatio sīa aliqn vera. Exēpluz pmi. sicut oīs hō qui ē asin⁹ est aīal. Exēplū scdi. vt hic: oīs hō q̄ ē risibilis ē aīal. ¶ Item sciēduz ē q̄ in oī ppōe affirmatiua va ī qua est īplicatō a pte subiecti oz q̄ h° verbū ē secūdum adiacens sit verificabile de īplicato ⁊ tn h° nō oz in propōne negatīa vera in q̄ ē īplicatio cōsīlis. verbi gra ad veritatē isti⁹ omis hō qui ē alb⁹ currit reqrit hāc esse veram. oīs hō alb⁹ ē. seu istā: oīs hō alb⁹ est ens. Exēpluz secūdi. ad veritatem istius. oīs hō qui ē alb⁹ nō currit non oz hāc eē verā oīs hō alb⁹ est. Unde posito q̄ nullus hō esset albus adhuc hec pōt eē vera oīs hō qui ē albus nō currit. Et ratio hui⁹ est. nā ad veritatē negatiue nō requirit ei⁹ subiectuz pro aliq̄ suppōere qꝺ tn requiritur ad veritatem affirmatiue. ¶ Itē sciendum est q̄ hoc relatiuū qui aliqn refert et nō restringit. aliquādo aūt sil refert ⁊ iuuat ad restringendū. Exēplū primi vt omis hō currit qui ē alb⁹ tūc li qui exponit p li et. ⁊ ille. Unde seqtur oīs hō currit qui est albus: ꝯ oīs hō currit et ille ē albus. Exēplū secundi. vt oīs hō qui est alb⁹ currit. Nam iste terminus albus cū li qui restrīgit istū ēminū hō ad supponēdum solū p hoībus albis: et cū hoc li qui refert suū aīs ¶ Itē sciendū est q̄ qn alicui termino restricto pponitur signū vle distribuit aggregatum ex restrīgibili ⁊ restrīgente: et ꝓm hoc in ista ppōe. oīs hō qui ē alb⁹ currit nō solū li hō distribuit sed hoc totū hō q̄ ē albus. ¶ Ista sunt generaliter dicta ꝓm restrictionem et ampliationem que valebūt p sequētibus. ¶ Rndetur ad sophisma q̄ ipm est verum sicut pbant due rationes facte ante oppositum

¶ Ad rationes. ¶ Ad primam quando ꝺr omis hō ⁊c. negat ꝓna. vnde iste propōes multū differūt ex quo in prima li q̄ refert ⁊ cū hoc iuuat ad restrictionē isti⁹ termini hō. ⁊ in secunda li qui refert et non restringit nec in ea iste termin⁹ hō restrīgit sicut restringit in ista. oīs homo qui ē albus currit. ¶ Ad secundaz negat ꝓntia ⁊ prornsione eius dico q̄ q̄uis in ista: oīs homo qui est alb⁹ currit. li qui referat illū terminū hō: n tn quo ad omia supppositā sua: sed solū ad homīes albos ex q̄ iste termin⁹ hō nō stat nisi p homib⁹ albis ppter restrictionē isti⁹ termini albus. ¶ Ad tertiā negatur discursus eo q̄ arguit in prima figura ⁊ tn non totale subiectū qꝺ est distributum ī maiore pdicat in minore

quia ꝑdicatur solũ li hõ ⁊ deberet ꝑdi
cari hoc totũ homo qui ē albus. vnde
discursus iste eēt bonus. oīs hõ qui ē
albus currit: homo niger ē hõ qui est
albus: ꝯ homo niger currit. et tũc mi=
nor esset fla. ¶ Ad quartam negat ꝓñ
tia. et cum ꝓbat dico ꝙ q̃uis iste ter
minus homo stet cõfuse et distributi
ue: tñ non est ꝓ omib⁹ hoībus sed so
lum pro hoībus albis pro quibus re=
stringitur stare nec semp oz valere cõ
sequentiam qua arguit ab vli ad sin
gularez nisi argueret ab vli ad suam
singularez: sed sic nõ est hic cũ arguit
oīs homo albus currit: ꝯ iste homo al
bus currit demonstrãdo hoīez nigruz
Mã ad hoc ꝙ illa ꝓpositio singularis
esset singularis sophismatis oporte=
ret subiectum sophismatis eē verifi=
cabile de subiecto illius singularis sz
h⁰ est falsuz. nã si demonstraret hõ ni
ger ista esset salsa. iste hõ qui est alb⁹
currit ꝓpter falsam implicationem.
¶ Ad quintaz. negat minor. et quan
do dicit ꝯdictoriũ minoris est aliquis
homo niger qui est albus nõ ē hõ qui
est albus: concedit. et vlterius dico ꝙ
est vera et vlterius negat ꝓñtia: ꝯ ali
quis hõ niger est alb⁹ et ille nõ est hõ
qui est albus ꝓpter hoc ꝙ ista aliquis
homo niger qui est albus non est ho=
mo qui est albus est negatia ad quaz
non sequit talis affirmatiua sicut pa
tere põt ex predictis.

Sophisma.xxii.

Est istud Oē
ens cuius q̃=
libet ꝑs mouetur: mouetur posito ꝙ
aliquod ens moueatur secũdum quã
libet partem eius et aliquod simpli=
citer quiescat. ¶ Improbatur sophis
ma. Omne ens cui⁹ q̃lz pars mouet
mouet: ꝯ oē ens mouet cui⁹ quelibz
pars mouet. ꝓñs ē falsuz ꝯ et añs. ꝓñ
tia probat: qꝛ nõ videtur differre añs
et ꝓñs. falsitas ꝓñtis patet arguendo
sic. omne ens mouet cui⁹ quelibz ꝑs
mouet: sed omne q̃escens est ens: ꝯ oē
quiescẽs mouetur cui⁹ q̃libz pars mo
uetur. discursus est bonus: qꝛ ī primo
modo ꝓme figure. et concto est fla: ꝯ
aliqua ꝓmissarũ: nõ minor ꝯ maior q̃
erat sophisma. Et confirmat. oē ens
mouet cui⁹ quelz pars mouetur: nul=
lum quiescens mouetur: cuius q̃libz
pars mouet: ꝯ nullum quiescens est
ens: discursus est bonus: qꝛ in came=
stres. et concto ē falsa: ꝯ aliqua ꝓmis
sarum. et nõ minor ꝯ maior que erat
sophisma. Confirmatur secundo. si oē
ens mouetur cuius quelibet ꝑs mo=
uetur: ꝯ oē ens mouetur et cuiuslibet
entis quelz pars mouet. consequens
est falsum: quia est vna copulatiua cu
ius quelibet pars est falsa eo ꝙ iste
terminus ens supponit pro omni en=
te et hoc relatiuũ cuius refert omne
illud pro quo supponit suum añs: sez
ens. ¶ Tertio sic. Omne ens cuius
quelibet pars mouetur: mouet: celuz
est ens cuius quelibz pars mouetur ꝯ
celũ mouet. cõcto est falsa: quia si ce=
luz moueret hoc esset motu locali: sz
hoc non: qꝛ semp est in eodē loco.
¶ Probatur sophisma. Non est aliqꝯ
ens cui⁹ q̃libet pars moueat qui ipz
mouet: ꝯ oē ens cui⁹ q̃libet pars mo
uetur: mouetur
¶ Ad istud sophisma rñdetur ꝙ iste
due ꝓpões multum drñt. oē ens cui⁹
q̃lz ꝑs mouetur: mouet: ⁊ oē ēs moue
tur cuius q̃lz ꝑs mouet. ſbiectũ eni ꝓ
me est h⁰ totũ ens cui⁹ q̃lz ꝑs mouet
Sed subiectum secũde ē solũ li ens si
cut etiã dicebat in sophismatibus ꝑ=
cedentib⁹ illas ꝓpões multũ differre
oīs hõ q̃ est alb⁹ currit ⁊ oīs hõ currit
qui est albus. Mã subiectũ ꝓme ē hoc
totũ hõ qui est albus. subiectum autē
secũde est solũ li albus. tunc dico pri⁰
ꝙ sophisma est verum. patz per ratio
nem factam. ¶ Pro sophismatis pro
batione ptz secundo. nam eius contra
dictorium est falsum. Et per hoc patz
responsio ad sophisma. Dico secun=
do. ꝙ hec est falsa: oē ens mouet cui⁹
quelibz pars mouetur sicut probatur
in deductione prime rationis. Nec
se quitur oē ens cuius quelz ꝑs mo=

uetur:mouet.ergo omne ens mouet cuius quelibet pars mouetur. ⁊ p hꝰ soluitur prima ratio. Ad secundam qñ dicit celum est ens⁊ tñ celũ nõ mo uet.dico ꝙ immo.⁊ qñ dicit hoc esset motu locali cõcedit.Et cũ dicitur con tinue manet in eodem loco. Dico ꝙ ad hoc ꝙ aliquid dicatur moueri lo= calit circulariter nõ reqrit ꝙ ipsum mutet locum sed sufficit ꝙ eius pars mutet locum. Sed diceres imo ptes celi manent in eodem locũ sicut ipsuz celum.ptz hoc.nã capiatur medietas motus celi que est ab equinoctiali ꝟ sus polum articum tunc claruz est ꝙ illa manet continue in eodem loco si cut ipmmet celũ.hꝰ idem patz de alia medietate celi accepta ab equinoctia li versus alium polũ: scz antarticum Ad istud rñdet ꝙ non ē dubium quĩ oẽs ptes celi accepte ꝯz eãdem ratio nem manẽt ꝯtinue in eodẽ loco sicut ipsum celum.Cum hoc tñ stat ꝙ diui dendo celũ aliter ꝯz partes illo mõ q̃ libet pars celi mutat locuz. nam capi endo medietatem motus celi pro aliq̃ qõ interponitur inter duos polos scz inter duos arcus duorum colluroruz clarũ est ꝙ illa mutant locũ ⁊ cõsimi li mõ alie medietates celi ꝯsili modo sumpte.sed istud tñ non est presentis speculationis.

Sophisma.xxiii.

est istud oĩs propositio copulatiua cuius quelibet pars est ve ra:est vera .istud sophisma simile est omnino precedenti sophismati.

¶ Improbat sophisma Omnis ꝓpo= sitio copulatiua cuius q̃lz ps est vera est vera:ergo oĩs ꝓpõ copulatiua est vera cui⁹ quelz pars est vera. ꝯñs est ffm:g ⁊ añs:ꝯña pbat nam añs ⁊ cõ sequens non videntur differre.ffitas ꝯñtis pbat omĩs ꝓpõ copulatiua est ꝟa cui⁹ quelz ps ē ꝟa sz de⁹ ē et hõ ē asin⁹ est propõ copulatiua:g de⁹ est ⁊ hõ est asin⁹ est copulatiua cuius vtra qz ps est ꝟa.ꝰ ē falsa: g aliqua ꝑmis lax et non minor:g maior. Cõfirmat oĩs ꝓpõ copulatiua est ꝟa cui⁹ quelz ps est ꝟa:sz de⁹ est ⁊ hõ ē asin⁹ nõ ē.p põ copulatiua ꝟa cuius q̃lz pars est ꝟa g de⁹ est et hõ ē asin⁹ non est ꝓpõ copulatiua quod tamen est falsum.

¶ In oppositum arguit p inductõem in oĩbus ꝓpõib⁹ copulatiuis quaruz quelz ps est vera. Dico ad sophisma ꝙ ipm est verum sed nego hanc ꝯñaz oĩs ꝓpõ copulatiua cuius quelz ps ē vera ⁊c.g oĩs copulatiua est vera ⁊c. immo ista multum differt a sophisma te.Añ sophisma significat ꝙ de quo= cunqz est verificabile hꝰ aggregatuz ꝓpõ copulatia cuius quelz ps est ꝟa de eodez est verificabile li vez et hoc est verum.sed ista ꝓpõ oĩs copulati= ua est vera cuius quelz ps est vera si gnificat ꝙ de q̃cunqz est verificabile li ꝓpõ copulatiua ꝙ de eodem ē veri ficabile li propõ copulatia cuius vtra qz pars est vera.sz hoc est falsum.

Sophisma.xxiiii.

est istud Omis chiera q̃ currit mouet.

¶ Probatur sophisma. Contradicto riũ sophismatis est ffm:g sophisma ē verũ:tz ꝯña.añs pbatur nam ꝯdicto riũ sophismatis est aliqua chymera q̃ non currit mouetur. sed ista est falsa qz est affirmatiua cui⁹ subiectũ p nul lo supponit. Confirmat naz nullũ qõ mouet est chimera que non currit: g nulla chimera que non currit moue= tur ꝯña tenet p conuersiõem. añs no tum est de se.¶ Secundo sic arguitur oĩs chimera que currit mouetur vel aliq̃ chimera que currit nõ mouetur si dicatur ꝑmũ habet ꝓpositũ. si dica tur scõm tunc seqt ꝙ aliq̃ chyẽra cur rit ⁊ illa nõ mouetur:mõ hꝰ ē ffz qz ē vna copulatiua cuius vna ps est ffa.

¶ Tertio sic arguitur.oĩs chymera q̃ currit est chymera que currit:g omis chymera que currit est chymera que mouet.tz ꝯña eo ꝙ moueri seqtur ad currere.Et vltra sequitur.oĩs chyme ra que currit est chymera que mouet g oĩs chymera q̃ currit mouet.ꝑmuz

añs patz eo q̃ in ipo ē p̃dicatio de se ipso:sed talis ꝓpo est verissima

¶ Improbatur.sophisma ē vna ꝓpo affirmatia cui⁹ subiectũ ꝓ nullo supponit:g̃ est flm.tz ꝯña añs ꝓbat.naz subiectũ sophismatis ē h⁰ totũ chimera q̃ currit.mõ h⁰ totũ pro nllo supponit eo q̃ nichil ē chimera q̃ currat.

¶ Secũdo sic arguit.nã iste equiualet.omis chimera q̃ currit mouet:ois chimera currens mouet. q̃liter iste omis hõ q̃ ē alb⁹ currit:ois hõ albus currit.mõ ista ē fla omis chimẽa currens mouet.eo q̃ nulla chimera currens mouet:g̃ sophisma eo q̃ equalet illi/ē flm:videlz .omis chimera q̃ currit mouet. ¶ Tertio sic arguitur cõuertẽs sophismatj ē fla g̃ sophisma ē flm:ꝯña tz añs ꝓbat.nã cõuertens sophismatis ē aliq̃d qõ mouet ē chimera q̃ currit.mõ ista est fla vt patet ¶ Tũc rñdetur ad sophisma q̃ ipm ē flm.Et ꝓpter p̃mam rõez sciẽdũ ē q̃ qñ in aliq̃ ꝓpõe ponunt due coplevl duoverba includẽtia duas copulas q̃rum vna ē ps subiecti ⁊ alia ē copula principalis ꝓpõis:tũc ad habẽdũ contradictoriũ ei⁹ si tlis ꝓpo sit affirmatiua opz negationẽ poni ad copulazprincipalem:vel adverbũ in q̃ icludit coula principalis talis ꝓpõis ⁊ non ad copulam nec ad verbũ q̃ q̃dez ē ps ꝓpõis.⁊ flm h⁰ ꝯdictoria istius sophismatis chimera q̃ currit mouet nõ est ista aliq̃ chimera q̃ ñ currit mouetur sed ista aliq̃ chimẽa q̃ currit ñ mouet Añ de istis duab⁹ ꝓpõib⁹ pria ē affirmatia.⁊ alia negatia.⁊ i pria negatio ñ fert ad copulã p̃ncipalẽ ꝓpõnis sed advnã copulã q̃ ē ps sb̃ci.Et fz h⁰

¶ Ad rõnes.¶ Ad p̃mã negat q̃ contradictoriũ sophismatis sit flz.Et cuz dr ꝯdictorium sophismatis ē aliq̃ chimera q̃ non currit mouet:negat. eo q̃ ista ē affirãtia sicut pria ꝓpter hoc q̃ copula principalis ei⁹ nõ ē negatia tñ ista bñ ē negatia aliq̃ chimera que non currit non mouet.vel ista ailqua chimera q̃ currit nõ mouetur. Añ in vtraq̃ copula principalis sp negatur Dico g̃ q̃ ꝯdictoriuz sophismatis est aliq̃ chimera q̃ currit non mouet.et non ista.chimera q̃ nõ currit mouet et prima istaꝫ ē vera:qr ē vna negatiua cui⁹ subiectum ꝓ nullo supponit.

¶ Ad secũdam.cõcedit ista aliq̃ chimera q̃ currit ñ mouet.⁊ qñ dr g̃ aliqua chimera currit ⁊ illa nõ mouetur negat ꝯñtia ⁊ ratio hui⁹ ē:q̃a añs est vna ꝓpo negatiua a qua nõ seq̃t talis affirmatiua:sicut dicebat prius in vno sophismate. ¶ Ad tertiam negatur ista.omis chimera q̃ currit ē chimera que currit.et qñ dicit p̃dicatur idẽ de seipso.admitto. Et qñ dr vlterius talem esse verã:cõcedit supposita constantia termiorũ:sz hoc deficit in ista.omis chimera que currit ē chimera que currit.eo q̃ subiectum in ista pro nullo supponit. Cõsilli mõ solueretur ista sophismata.adam q̃ erit non fuit.antichristus qui fuit nõ erit. Cesar qui ē alb⁹ grãmatic⁹ musicus non legit.⁊ ꝯsilia.Añ tles ꝓpõnes sũt vere.nec sequit adam qui erit nõ fuit g̃ adã erit.Nec sequit antichristus q̃ fuit non erit:g̃ antichristus fuit:Nec sequit.Cesar qui est alb⁹ music⁹ grãmatic⁹ nõ legit:g̃ cesar ē alb⁹ musicus grãmaticus.Et ratio q̃ re tles cõsequentie nõ valet est:qr ãtecedentia sunt negatiua et ꝯñtia sunt affirmatiua.modo ꝓpo negatiua non infert affirmatiuam licet affirãtiua possit inferri negatiuam

¶ Nunc in ista pte videnda sunt sophismata difficultatem hñtia ex suppositione relatiui.

Sophisma.xxv.

Est istud Animal ē sortes et asin⁹ est illud. ¶ Probatur sophisma per illaz regulã.Qõ relatinũ idẽtitatis debz supponere eodem mõ q̃ suũ añs:et etiam ꝓ illo vl pro ill pro q̃ vel ꝓ quib⁹ supponit suũ añs sed in sophismate li anial qõ est añs huius relatiui illud supponit deter-

minate sive indifferenter p modum disiūctonis pro suis suppositis & et illud relatium illud debet supponere indifferenter p suppositis anialis p modum disiūctiōis seu determinate et iō sicut hec ē vera.aial ē sortes:ita ista videt esse vera asinus ē illud.qa non videt esse aliud asin⁹ est illud q̄ dicere asin⁹ ē aial.et ꝓm hoc sophisma videt eē ppō copulatiua cui⁹ q̄libet pars est vera:& ꝛc:

¶ In oppositū arguit.animal est sortes et asin⁹ est illud:& anial est sors ꝛ asinus est illud anial quod est sortes. ꝯns est falsum & et ans.ꝯntia tz eo q̄ illud relatiuuz illud restrīgit ad supponēdum p illo pro quo ans verificatur.id est pro illo vel pro illis pro quo vel pro quibus supposito vel suppositis antis predicatum verificat de subiecto in illa ppōe in qua ponitur ans Si & in illa.anial est sortes li sors verificet de aiali pro sorte.sequitur q̄ illud relatiuum illud referens hoc ans animal:refert ipm solū pro aniali qd est sortes.Sed pro responsione ad sophisma et quibusdam alijs supponēda sunt aliqua.

¶ Unde primo sunt supponenda quedam generalia circa relatiua et suppositionem eorū.ꝛ hoc de relatio grāmaticali put dr relatiuum est rei āte late recordatiuū.ꝛ nō de relatiuo logicali sicut est iste terminus pater vel iste terminus filius.¶ Primo & ē supponenduz q̄ relatioꝝ q̄dam sūt sube ꝛ quedam accntis.de relatio accntis vt tant⁹/quātus/talis/q̄lis ꝛ sic de alis.Relatiuum aūt substātie ē duplex scz idētitatis ꝛ diuersitatis. Exēplum de relatiuo diuersitatis sicut ē hoc relatiuum aliud:et de hoc nō dicet:sed postea vbi tractabuntur sophismata ex parte negatōis difficultatem hntia Relatiuum idētitatis substātie est duplex:scilz reciprocū ꝛ nō reciprocum Relatiua idētitatis non reciproca sunt vt ille/iste/ꝛ silia.Relatiua aūt reciproca sunt vt su⁹ se/ꝛc.Et est tal drna int relatiua reciproca ꝛ nō reciproca qz relatiua nō reciproca nunq̄ ī eadē cathegorica cum suo ante sumūt ꝛ h⁰ qn referūt principale subiectuz. Relatiua aūt reciproca bn ponūtur.Exemplū secūdi qz possum bn dicere.oīs hō diligit se vel oīs hō diligit asinum suum.Exēpluz pmi.sortes currit et ille mouet.Et notanter dixi qn referunt principale subiectum:qz si flatiuū idētitatis non referret principale subiectū sz aliquē terminū obliquū positū in subiecto bn possz poni in eadē cathegorica cum suo anteverbi gra oīs hō hns asinū diligit.illū.oīs filius patris mei diligit ipsum.Ān qn in istis relatiuum idētitatis refert nō principale subiectū sz ptem ei⁹ nō ē incōueniēs ipm poni in eadem cathegorica cum suo ante.¶ Secunda suppositio Relatiuuz idētitatis supponit p illo supposito vt suppositis antis p q̄ vel quibus pdicatū verificat de subiecto in propōe in q̄ ponit ipm ans et nō p alijs.Ex hoc sequit q̄ relatiuuz idētitatis nō sp supponit p tot p quot supponit suum ans.Quia ppō in q̄ ponitur ans nō sp verificatur p tot suppositis pro q̄t suppōit ipz ans. Sz qz flatiuum idētitatis suppōit solū p his p quib⁹ ans verificatur sicut dicit suppositio igit.¶ Secūdo sequtur q̄ sp relatiuū idētitatis suppōit eodē mō sicut suū ans q̄ ad omē gen⁹ suppōnis Sed nō quo ad spēm. Secūdū ptz:qz dicēdo anial ē sortes ꝛ plo nō ē illd.in ista ppōe anial ē sortes li aial suppōit determinate.i.indrnter pro suis suppositis p modum disiūctōis:sz qz ista ppōsito aial ē sortes.nō verificatur nisi pro vno supposito hui⁹ termini anial scz p sorte sequit ex suppōne q̄ hoc relatiuum illd ī scda cathegorica dicte copulatiue nō suppōit nisi p illo vnico supposito aial qd ē sortes ꝛ p ꝯns discrete.¶ Patz & q̄ ans pōt suppōere determiate ꝛ suū relatiuū discrete qz non oīmode ꝛ eodē mō suppōit relm ꝛ suū ans. Hec ppt h⁰ dr relatim idē

titatis qz debeat supponere ꝑ illis oi bus ꝑ quibus suppõit suũ añs ⁊ omni mode et eodem mõ q̃ suũ añs.sz iõ di citur rlm idẽtitatis: qz debet pro eo dem vel eisdẽ supponere ꝑ q̃ vel q̃b⁹ suppõit suũ añs ⁊ vificat ꝑpõ añtis Sz qñ ꝺz relatiuũ debz eodez mõ sup ponere ꝑ quo suum añs: hoc est vlr vez q̃ ad genus videlz. q̃ ad suppõnẽ materialẽ simplicẽ vel psonalẽ:sz hoc nõ ẽ vlr verũ de spẽbus suppõnũ.Añ bene ꝓcedo q̃ si añs supponit simplr suũ relatiuũ debz supponere simplr ⁊ si materialr materialr.et si psonaliter: psonalr.¶ Tertia suppõ.si ãtecedẽs a licui⁹ relatiui ꝑ nlo verificatur licz bñ ꝑ aliq̃ supponat:tũc relatiuuz pro nullo supponit. verbi gr̃a anĩal est la pis ⁊ asinus ẽ illud. Dico q̃ qz p̃dica tũ istius ꝓpõis aĩal ẽ lapis ꝑ nlo sup posito huius ẽmini anĩal verificet h⁰ relatiuum illud ꝑ nullo supponit de isto terio anĩal ¶ Quarta suppositio relatiuũ nõ debz esse magis cõfusum q̃ suũ añs. Ex q̃ sequit q̃ si suũ añs supponit deteriate q̃cunqz sincathego reumate supueniente relatio nõ con fundet ꝓpt h⁰ relatiuũ. et iõ ista aĩal est sor̃s ⁊ lapis nõ ẽ illud: lz ista nega tio nõ p̃cedat h⁰ relatiuũ illud tñ non ꝓfũdit ip̃m ꝓpter h⁰ q̃ suuz añs stat determinate.mõ relatiuũ non debz es se magis ꝓfusum q̃ suũ añs cuius tñ oppositiuz esset verũ si negatio cõfun deret dictuz relatiuuz.Sicr si dicatur aliquid est ⁊ quodlibz est illud. licz h⁰ sincathegoreuma quodlibz precedat h⁰ relatiuũ illud:tñ ipsum nõ confun dit propter hoc q̃ suum añs stat de terminate ⁊ non confuse. ¶ Quinta ta suppositio est q̃ si aliqua proposi io verificatur pro omnibus supposi tis alicuius añtis distributiue: tunc etiam relatiuum illius antecedentis supponit pro omĩbus hisdem:non tñ oportet absolute sed relatiue scilicet ferẽdo singula singulis .et talem sup positionem relatiui vocabant anti qui suppositionem distributiuam sigillatam et bene vt in hac suppositione qua supponit hoc relatiuum se in ista propositione omnis homo diligit se. Unde ista propositio verifica tur distributiue pro omnibus suppositis istius termini homo et pro eisdez suppositis supponit hoc relatiuum.se non tamen absolute sed sigillatim.et propter talem suppositionem sigilla tam distributiuam non sequitur om nis homo diligit se:ergo omnis ho mo diligit omnem hominem:licet se supponat distributiue quia hoc non est absolute sed relatiue. et ideo bene sequitur omnis homo diligit se:ergo sortes diligit sortem: et plato platonẽ et sic de alijs.Et hoc est quod antiqui dicere consueuerunt q̃ in terminis absolutis ambobus distributis tota distributio vnius termini cadit super quodlibet suppositum alterius termi ni etiam per se sumptum sicut hic. omnis homo diligit omnem hominẽ vbi bene sequitur.omis homo diligit omnez hominez:g̃ omnis homo dili git sortem.et omnis homo diligit pla tonem et sic de singulis. sed in distri butione antecedentis et sui relatiui non tota distributo vnius cadit super quodlibet suppositum alterius.sed si gillatim quelibet pars supra partem tem sibi corr̃identem solum. et iõ nõ sequitur oĩs homo diligit se:g̃ oĩs ho mo diligit sortem: sed bene sequitur g̃ sortes diligit sortem. et plato plato nem et sic de singulis:

¶ His visis respondendum est ad so phisma q̃ ipsum est falsum:sicut pro bat ratio adducta in contrarium

¶ Ad rationem dico q̃ supponit fal sum: quia supponit q̃ relatiuum oni no eodez modo supponat sicut suum antecedens. modo hoc est falsum si cut dictum est iuxta vnam suppositi onem

Sophisma.xxvi.

est istud a animal nõ est lapis et asinus est illud.¶ Probat qz est vna copulatiua cuius ambe par

tes sunt vere. Unde prima pars potest esse vera pro asino.et tunc per secundam suppõem prioris sophismatis ly illud refert hoc añs aial pro asino Et sic etiã secunda pars sophismatis est ✓a.scz asinus ẽ illud et scõz hoc sẽsus sophismatis ẽ aial nõ est lapis et asinus ẽ illõ aial quod non est lapis.

¶ In oppositum arguitur ꝓtradictoriũ sophismatis est verũ igit. ꝓña tz. Añs ꝓbatur. Maz ex quo sophisma ẽ vna propõ copulatiua ꝗdictoria erit vna disiunctiua de cathegoricis contradictorijs cathegoricis sophismatis et sic contradictoriũ sophismatis erit omne animal est lapis vel nullus asinus est illud:mõ disiunctiua eritvera ꝑ secunda ei⁹ pte. Unde ex q̃ ista oẽ aial ẽ lapis non ✓ificetur pro aliquo supposito huius terĩ aial sequit ꝑ tertiã suppositionez ꝑoris sophismatis ꝙ hoc relatiuum illud in scõa parte disiũctiue pro nullo supponit.Ex quo vlterius sequit secundam ꝑtem disiunctiue esse verã. Ex quo ẽ propõ negatiua cuius subiectum ꝑ nullo suppõit et oĩs talis est vera.

¶ Ad sophisma respondeo ꝙ iꝑm est verũ scõm ꝙ probat prima ratio.

Ad rationem in oppositum ꝛ ꝙ non bene capit eius ꝗdictoria qꝛ in ꝓpõibus ꝗdictorijs termini debent supponere pro eodem vel eisdem q̃liter non ẽ in proposito. Maz in sophismate hoc relatiuum illud supponit ꝑ aliquo.sz in disiũctiua quam dicis esse ꝗdictoriam sophismatis ly illud nõ supponit pro illo eodẽ ꝓpter hoc ꝙ in dicta disiunctiua pro nullo supponit.ex eo ꝙ inꝑma ꝑte disiunctiue pro nullo supposito añtis huius relatiui illud verificat.Et iõ dico ꝙ in propositionibus añtiuz et relatiuoꝝ non tenet illa communis regula:ꝗdictoriuz copulatiue ꝛz esse vna disiunctiua ꝓposita ex cathegoricis ꝗdictorijs cathegoricis copulatiue. Sz ad habendum ꝗdictionẽ in talibus ꝛz preponi negatio totĩ ꝓpõi in qua illa negatio non intelligatur cadere sup totã ꝓpõem. Et secundum hoc ꝗdictoriũ sophismatis est illud nõ aial nõ est lapis ⁊ asin⁹ ẽ illõ id est non ẽ ita ꝙ aial nõ ẽ lapis et asinus ẽ illud:modo hoc ẽ falsum qꝛ vti ꝙ est ita ꝙ aial nõ est lapis et asinus est illud vt ꝓbat ꝑma ratio.

Sophisma.xxvii.

ẽ istõ q̃dam aial est sors ⁊ plato nõ ẽ illõ ¶ Probat. Mã hic li aial verificatur solũ ꝑ sorte:g̃ ly illud supponit solum pro sorte.ꝓña tz per scõam suppositionem:⁊ añs notũ ẽ de se.Tũc vltra li aial verificatur in dicta propositione pro sorte solum. et li illud supponit solum pro sorte:g̃ sensus sophismatis est. aial ẽ sors ⁊ plato nõ ẽ illõ id est anial est sors et plato nõ ẽ lilud aial quod ẽ sors.et hº ẽ verum.

¶ Improbatur sophisma qꝛ sequitur aial est sors ⁊ plato nõ est illud: ergo animal est sors ⁊ plato non est illud. ꝓña tz eo ꝙ relatiuum ꝛz supponere pro eisdez pro q̃bus supponit suũ ãtecedens.et quia li aial supponit determinate pro suis suppositis ĩ differenter sub disiunctione. seq̃tur ꝙ pro eisdem supponit suum relatiuũ scz li illud.et qꝛ hec negatio non: p̃cedit li illud videtur ꝙ li illud distribuit ꝑ oĩbus suppositis anialis. et ꝑ ꝓñs videtur ꝙ sensus sophismatis sit..aial est sors:et plato non ẽ aial·mõ hº est flz.

¶ Respondetur ꝙ sophisma est verũ sicut ꝓbat prima ratio. ¶ Ad scõam dico ꝙ supponit falsum. Primo quia supponit ꝙ relatiuum supponat pro oĩbus pro q̃bus suũ añcedẽs ⁊ nõ tm̃ pro his ꝑ quibus propõ añcedẽtis verificatur.et quia ista propositio quod dam anial est sors solum verificatur pro sorte:ideo hoc relatiuum illud solum supponit pro anĩali quod est sortes. Ex quo sequitur ꝙ ĩ sophismate aliter supponit antecedens ꝙ ꝛrelatiuum.qꝛ añs supponit determinate et suum relatiuum discrete. Secundo supponit flm.eo ꝙ negatio preueni-

ens relatiuo distribuit ipm non obstante q suum añs supponit determinate.mõ hoc est falsum. nam dicit qr ta suppositio q relatiuum nõ dz esse magis cõfusum q suũ añs.et ideo nũ q añte stante determinate relatiuuz stat distributiue. Et p hoc etiã potest solui hoc sophisma.

Sophisma xxviii.

Quoddã aial nõ est sortes et plato non est illud.

¶ Probatur sophisma. Naz brunell' est quoddam aial qd non est sors. et pro non ẽ illd aial:puta brunell' qd non est sors. ¶ Confirmatur.nã pma cathegorica potest verificari pro quodam supposito anialis quod non est sors.et etiaz qd non est plato.et qr relatiuuz non supponit nisi pro illo p q verificatur suum antecedens. iuxta quartam suppositionem sequitur sophisma esse verum. ¶ Item contradictorium sophismatis est falsum:ergo sophisma veruz.Consequentia tenet.Añs pbat.Nam contradictoriuz sophismatis est. omne anial est sortes vel plato est illud modo hoc est falsũ quia est vna disiunctiua cuius ambe partes sunt false.Quod prima sit falsa probatur de se Quod secunda sit falsa patz qr sensus secunde est.q plato est illud animum aliquod est sortes ¶ Improbatur sophisma. Nam in sophismate li aial verificatur pro omnibus suis suppositis sub disiunctione que nõ sunt sors:g etiam li aial verificatur p platone.qr plato est aial qd non est sors.Et quia hoc relatiuũ illud supponit pro oibus pro qbus verificat suum añs. sequitur q ĩ sophismate proposito li illud supponat distributiue p oi aiali quod non est sortes postq negatio ipm pcedit.et per cõsequẽs sequitur aial non est sors et plato non ẽ illud.ergo quoddaz aial nõ est sors et plato nõest illud quod dã aial quod nõ ẽ sors.ad quã sequitur vlterius quod plato non est plato quod est falsum.

¶ Ad sophisma respondeo q est verum sicut probant pme rationes.

¶ Ad aliam rationem dico q supponit falsum qr supponit q negatio precedens relatiuum distribuat ipsum pro omnibus suppositis pro quibus antecedens verificatur non obstante q suum antecedens stet determinate modo hoc est falsum et contra quartam suppositionem.

Sophisma.xxix.

Est istud aliquis homo est et quilibet homo est ille. Probat sic aliquis homo est et sortes est ille.ꝛ aliquis hõ est et plato est ille et cetera.ergo aliquis homo ẽ ꝛ quilibet homo ẽ ille.¶ Secundo sic. Nam sophisma est vna copulatiua cuius prima pars est vera et secunda ẽ vnavniuersalis cuius quelibet singularis est vera cum prima parte.ergo illa vniuersalis ẽ vera cum prima parte eadem et si sic: sequitur totam copulatiuam esse veram: si quelibet eius pars fuerit vera. sic vlis est vera si quelibet singularis fuerit vera.¶ Tertio arguitur. Aliquis homo est.ꝛ qlibet homo est aliquis hõ: ergo aliquis hõ et qlibet homo est ille.

¶ In oppositum arguit. Nam subiectũ pme ptis sophismat' supponit determinate.sz p quartam suppõem relatiuũ nõ dz esse magis cõfusuz añte suo:g in sophismate h° relatiuuz ille non dz supponere magis cõfuse q ly hõ.sz minus cõfuse vel saltẽ ad min' ita determiate sicut li hõ qd est suum añs.Ex quo sequitur scdam ptem sophismatis esse flam Unde oino sicut hec est fla aliqs hõ ẽ ꝛ ille ẽ quilz hõ. ita hec est falsa.aliqs hõ est et quilibz homo est ille. qr equaliter et pro eisdem supponit li ille in vna sicut in alia.sicut ex suppositionibus prius positis patet. ¶ Secundo sic. De nullo homie verũ est dicere q ipe sit ꝛ qlz homo est ille:g flz ẽ q aliquis homo est et quilibet hõ est ille. ¶ Ad sophis

ma respondet q ipm est falsum sicut probant rationes facte in contrarium ¶ Ad rationes. ¶ Ad primam dicitur negando istam primaz ꝯnam. aliquis hō est et sors ē ille. ⁊ aliqs hō ē et plato est ille: g aliqs hō ē et quilz hō ē ille. ¶ Primo eo q ꝯns ē ppō ypothetica q̄ non hz singulares ipm inducentes. qz ypothetice nō dicūtur esse alicuius ꝯtitatis. ¶ Secundo nō valet ꝯna ppter hoc q arguit a plurib⁹ suppōib⁹ deteriatis ad vnaz Aī in ante sunt plures suppōes deteriate huius terī hō quia sunt plures singulares ī ante in quaꝝ q̄libet iste terminus hō suppōnem habz determinatam. et in alia et alia: pro alio et alio ei suppositio verificantur. in ꝯnte aūt hz vnaz suppōem deteriataz. mō quādo arguitur a pluribus suppōib⁹ deteriatī ad vnam: nō valet ꝯna. sed cōmittit fallacia figure dictionis. et ideo si deberet valere ꝯna: opz q sic argueretur aliqs hō est ⁊ sortes ē ille ⁊ plato ē ille idem. et cicero ille idez. et sic de alijs ergo aliqs hō est et quilibet homo est ille. ⁊ tunc ans eēt falsuz excepta eī⁹ prima parte. ¶ Ad secūdam rōem dico. q ad ꝓbitatem sophismatī nō sufficit q q̄libet singularis secūde ptis sophismatis stet in veritate cū ꝑma. sz requiritur q quelz singularī secunde ptis sophismatis stet in veritate cum prima. subiecto. ꝑme ptis ꝓbificato pro eodez. hoc deficit in sophismate. qz licet cum ista aliqs homo ē: bñ stat ista sors est ille. et similit ista plato ē ille: tñ p alio ꝓbificatur qñ stat cū illa. sortes est ille. et p alio qñ stat cū illa plato est ille. ⁊ illud dependet ex suppōne illa qua dicebatur q relatiuum suppo nit pro eodem pro quo verificatur antecedēs. i. ppō in qua ponitur antecedens. ¶ Ad tertiam negat ꝯna. et ratio est qz relatiuuz non supponit pro oībus pro quibus supponit suū antecedens sed solū pro illis pro q̄bus ꝓbificat suum antecedēs. nec etiā relatiuum supponit magis confuse suo antecedente. Ex quo patet q nō sequit aliqs homo est ⁊ q̄libet hō est aliquis homo: g quilibet hō est et q̄libet hō ē ille. propter hoc q in ꝑma ly homo sequens ly quilibet stat cōfuse: sed ly ille in ꝯnte. non. et ideo non licet pro ly homo ponere ly ille. Consimilit solverent ista sophismata. aliqd est et qdlz est illud. aliquis hō movet ⁊ q̄lz hō q̄ currit est ille. aliquod coloratuz est. et qdlibet album est illud. aliqd aīal est et quodlz risibile est illud. Prima autem significat q aliquid ē et illud est quodlz. ¶ Secunda autem significat q aliqs hō movetur. et ille ē quilz hō qui currit. ¶ Tertia significat q aliquod coloratum est et illud est quodlibet album ¶ Quarta autem significat q aliquod aīal est et illlud est qdlibet risibile. Ex quo patz dictas ppositiones esse falsas. qz taliter significant dicte ppōes qd dependet ex illa suppōe qua dicebatur q relatiuū nō dz esse magis cōfusum q suum ans

Sophisma.xxx.

Est istd Aliqs homo est et nullus homo est ille. ¶ Probatur sic Aliqs hō est et plato nō ē ille. aliquis hō est ⁊ sors nō ē ille. et sic de alijs ergo aliquis homo est ⁊ nullī hō est ille ¶ Secundo sic arguitur. sophisma est vna copulatiua cuius ꝑma ps est vera. et secunda est vna vniuersalis cuius quelz singularis. stat in veritate cum prima: ergo ⁊c.

¶ In oppositum arguit. Aliquis hō est et nullī hō est ille: sit g ille aliquis hō sors. mō ftm est q sors sit et nullī homo sit ille: g sophisma est ftm. Ans nullī est homo de quo sit verum dicere q ipe sit ⁊ nullus homo sit lle.

¶ Ad sophisma respondet q ipm est ftm. Et ad rōnes oppositum pbātes dicatur pportionalit sicut iam rñsum est de alio sophismate.

Sophisma.xxxi.

Est istd Omis homo habēs equum eqtat illum. ¶ Probatur poito q oīs hō habeat duos eqs quorum

vnũ equitet ⁊ aliũ non. iste homo habens equũ equitat illum ⁊ iste hõ habens equũ equitat illuz. ⁊ sic de alijs ꝯ omis hõ hñs equum equitat illum ¶ Secũdo sic arguitur. sophisma vz istã omis hõ q̃ habet equũ eq̃tat illuz Et hoc est verum per casum.

¶ In oppositũ arguit̃ qz ꝯdictorium sophismatis ẽ verum: ꝯ sophisma est fl̃m. tz ꝯña. añs ꝓbatur qz ꝯdictoriuz sophismatis est aliq̃s hõ hñs equum non equitat illũ: et hoc ẽ verũ. qz sortes hñs equum. puta brunellũ nõ eq̃tat illum. posito q̃ brunell⁹ sit vn⁹ de numero qui nõ eq̃tantur. q̃ illa sit cõtradictoria sophismatis ꝓbatur qz illa et sophisma se habent sicut vl̃is affirmatiua ⁊ particularis negatiua vtro ꝯ termino ꝓticipantes. Ad sophisma respondetur q̃ est verum.

¶ Ad rationes in contrarium ꝛ q̃ male accipitur cõtradictoriũ sophismatis. Et ratio huius est qz in ꝓpõnibus contradictorijs terminus qui in vna stat non distributiue ꝛz stare in alia distributiue ⁊ hoc si sit distribuibilis. mõ sic non est in ꝓposito. quia iste terminus equ⁹ bene est distribuibilis. et tñ nec distribuitur in sophismate nec in ꝓpõe accepta tanq̃ ꝯdictoria sophismatis. ⁊ iõ alit̃ accipienda est contradictoria sophismatis. Et ideo dicũt quidam q̃ ista. oĩs hõ hñs equũ equitat illum eq̃ualet isti omis hõ habens equũ eq̃tat equũ. et scõm hoc dicũt q̃ in accipiẽdo ꝯdictorium sophismatis ꝛz mutari hoc relatiuuz illum in suũ añs. scz in li equũ. Et secũdum hoc dicũt ꝯdictorium sophismatis eẽ aliquis hõ nõ habẽs equuz non equitat equũ. Sed breuit̃ isti deficiunt qz iste nõ equiualẽt. oĩs hõ habẽs equũ equitat illũ et omis hõ hñs equum equitat equũ. qz in casu possibili prima põt esse fl̃a. secunda exñte vera. Nam põito q̃ oĩs hõ hñs equũ equitet non equũ suũ sed equũ socũ. tũc hec est vera. oĩs hõ hñs equũ equitat equum. ista tñ exñte fl̃a oĩs hõ habens equũ equitat illum. Aliter tñ est dicendum q̃ accipiẽdo ꝯdictorium sophismatis ꝓponẽda ẽ negatio toti sophismati. ⁊ scõm hoc ꝯdictoriũ sophismatis est nõ oĩs hõ hñs equũ eq̃tat illũ sic q̃ tota negatio cadat supra totã ꝓpõem. ⁊ q̃ sit sensus nõ est ita sicut ista significat omis hõ hñs equũ equitat illum. Deinde rñdeat̃ ad ꝓbatõez q̃ probat̃ q̃ iste sũt ꝯdictorie omis hõ hñs equũ eq̃tat illum. et aliq̃s hõ hñs equum nõ equitat illũ. qñ ꝛ se habẽt sicut vl̃is affirmatiua ⁊c. Dicit̃ ad hº q̃ non sufficit ad ꝯdictõem sz cũ hoc requiritur q̃ termin⁹ distribut⁹ ĩ vna non distribuat̃ in alia si sit distribuibilis ⁊ eꝯ qualiter nõ ẽ in proposito.

Sophisma. xxxii.

Omnis hõ est anĩal et risibile est illud. Probat̃ sortes ẽ aĩal ⁊ risibile ẽ illõ ⁊ plato est animal et risibile est illud. ⁊ sic de alijs. ꝯ omis hõ est aĩal ⁊ risibile ẽ illud. ¶ Secundo sic arguitur sophisma ẽ vna copulatiua cuius prima ꝑs ẽ vera ⁊ secũda stat in ℣itate cuz q̃lz singulari prime ꝓtis: ꝯ sophisma est verũ. ¶ Tertio sic. Mã hec ẽ vera oĩs hõ ẽ aĩal ⁊ illud ẽ risibile: ꝯ etiaz videtur q̃ hec sit ℣a. oĩs hõ ẽ aĩal et risibile est illud. coseq̃na tenet et videtur esse nota. Añs patet. Nam oĩs homo est aĩal quod ẽ risibile: ꝯ omis hõ est aĩal et illud ẽ risibile. ꝯsequentia tz eo q̃ li q̃d exponitur ꝑ ⁊. ⁊ illud q̃d est Q.ꝯ añs sit verum patet. quia contradictorium eius est falsum.

¶ In oppositũ arguitur Omis homo est aĩal et risibile ẽ illud. in ista ꝓpõe li illud supponit determinate. ⁊ ꝑ ꝯñs ista propositio risibile est illud verificatur ꝑ aliquo supposito hui⁹ termini aĩal. Sit ꝯ illud sortes vel plato. tũc sicut hec ẽ fl̃a. oĩs hõ ẽ animal et sortes ẽ illud. vel ista oĩs hõ est aĩal et plo est illõ: ita hec ẽ fl̃a oĩs hõ ẽ aĩal ⁊ risibile ẽ illud. Sed q̃ hec sit fl̃a oĩs hõ est aĩal et sortes est illud ꝓbat̃ sic omnis homo est aĩal et sortes est il-

lud plato est hō: ergo plato ē aial ⁊ sortes est illud ꝛcto est fla. et tñ discursus ē bon⁹ ꝯ aliq̄ p̄missarū et nō minor ergo maior que ē sophisma. q̄ debebat ꝓbari falsa.

¶ Ad sophisma respondet q̄ ip̄z ē falsuz sicut ꝓbauit rō immediate facta.

¶ Ad sophisma respondetur ꝙ in ipso potest esse negatio negans vel infinitans si negatio negans sophisma est verum eo ꝙ nullus homo est commune predicabile de omni homie Si negatio est infinitans. hoc est dupliciter.quia vel hoc totum non homo tenetur personaliter et sic sophisma est verum.eo ꝙ aliquid quod est non homo ē commune predicabile de omni homine sicut iste terminus homo. Si autẽ tenetur materialiter tunc sophisma ē falsuꝫ:qꝛ sensus ē ꝙ hꝰ nomen infinitũ non hõ est cõe p̃dicabile

de omni hoie.et p hoc soluũtur rões

Sophisma xvi. Est istud. Nemo est cõmune predicabile de oi homine.

¶ Probatur sic. Null' homo ẽ cõmune predicabile de oi homie: ergo neõ est cõmune ꝑdicabile de oi hoie. ꝓnia tz.qr idem est nemo et nullus homo.

¶ Improbatur sophisma.nã tunc ois homo esset nemo.

¶ Ad istud sophisma rñdetur ꝙ ly nemo potest capi prout ẽ terminus infinitus vel oratio infinita ita ꝙ implicite sint due dictiones includentes hoc signũ nullus ⁊ hũc terminũ hõ. In ꝑmo sensu adhuc est multiplex eo ꝙ est terminus nemo potest capi materialiter vl ꝑsonalr.si materialiter sophisma est flm:qr denotat ꝙ ly nemo sit cõe ꝑdicabile de oi homie.⁊ h° est flz Si vo teneatur ꝑsonaliter sic sophisma est vũ:qr tũc denotat ꝙ aliqd qd ẽ nemo sit cõe ꝑdicabile de oi homie ⁊ hoc est vez. Nã hoc gen' aial est nemo:qr est nõ homo:qa ẽ null' hõ ⁊ est cõe ꝑdicabile de oi hoie. Et i illo sensu concedo ꝙ nemo verificetur de oi hoie: sed illa affirmatiua nõ dz sic exercere.ois hõ est nemo: sed sic omnis homo est anial.Si vo ly nemo sit due dictiones implicite:tunc iterũ sophisma est verum: quia est vna vniuersalis cuius quelibz singularis est vera et in eodem sensu conceditur ꝙ neõ vere affirmatur de omni homine et ex hoc nõ sequitur ꝙ hec sit vera.ois homo est nemo:quia per istam.nemo affirmatur de omni homine: non significatur affirmatio de aliquo sz negatur affirmatio cuiuslibet hominis de omni homine.vnde significatur ꝙ nullus homo vere affirmatur de omni hoie quod est verum.

Sophisma.xvii. Est istud nõ homo est cõuertibile cuz hoc communi homo

¶ Probatur sophisma. Null' homo est conuertibile cum hoc communi homo:ergo non homo est conuertibile cuz hoc communi homo.antecedẽs est verum:quia est vna vniuersalis cuius quelibet eius singularis est vera consequentia tz p hoc ꝙ nullus homo et non homo equipollent. ¶ Secundo sic arguitur. iste terminus risibile est conuertibilis cum hoc cõi homo:sed iste terminus risibile est non homo:ꝯ non hõ ẽ conuertibile cũ hoc cõi non hõ. ¶ Improbatur sophisma. De quocunqz est verificabile vnuz cõuertibilium de eodem est verificabile reliquum.si ergo nõ hõ ẽ cõuertibile cum hoc cõi hõ:tunc de quocũqz vere affirmat hoc cõe homo de eodẽ vere affirmatur ly nõ hõ.⁊ ideo sicut hec ẽ vera.sortes est homo: sic videt ista eẽ vera sortes est non hõ.

¶ Ad sophisma rñdetur ꝙ in ipso negatio potest esse negans.et sic sophisma est verum.⁊ hoc ꝑbat prima ratio Vel põt esse infinitans. ⁊ tunc ly non homo põt capi ꝑsonalr et sic sophisma adhuc est verum sicut ꝑbauit secunda ratio. Vel põt capi materialiter.⁊ sic sophisma est falsuz. ¶ Sed diceres videtur ꝙ hec sit falsa nullus homo est conuertibile cuz hoc cõi hõ Et arguitur sic quecũqz sunt ad inuicez cõuertibilia de quocunqz affirmatur vere vnum de eodẽ affirmat reliquum:sed null' hõ et hõ sunt ad inuicem conuertibilia: ꝯ de quocunqz verificatur ly hõ de eodẽ verificat null' homo maior est vera ⁊ mior ẽ concessa:ꝯ concto non est negãda ⁊ per ꝓns si sortes est hõ sortes est null' hõ. Respondetur ꝙ discursus non vz: quia est in prĩa figura et minor est negatiua.modo minore exñte negatiua in ꝑma figura nihil sequitur.

¶ Nunc restat ponere sophismata de hoc sincathegoreumate nihil quoruz primum est.

Sophisma xviii Est istud nihil est nihil

¶ Probatur sophisma.quia

eius contradictoriũ est falsum ꝗ ipsũ est verũ.ꝑñtia tz añs ꝓbatur.nã eius contradictoriũ ẽ.aliquid ẽ nichil.modo hoc est falsum.¶ Secundo sic.naz eqpolet huic.quodlz est aliquid et illa est vera:igitẽ.assumptũ ptz per illã regulam eqpollẽtiaruz.qñ duo signa vniuersalia negatiua ponũtur in eadem locutione primum eqpollet suo contrario et secundũ suo cõtradictorio.ꝛ ꝗa quodlz ꝛ nichil sunt cõtraria et aliquid et nihil sũt ꝗdictoria:ꝗ videtur ꝙ ista.nihil ẽ nihil.equaleat huic quodlibz est aliquid.¶ Improbatur nã seqtur nichil ẽ nihil:ꝗ nihil ẽ nullus homo.ꝑñs est falsum eo ꝙ eiꝰ cõtradictorium ẽ veruz:scz aliqd ẽ nullus homo.patet hoc:ꝗa asinus ẽ aliquid et ẽ nullus homo.

¶ Ad sophisma rñdetur ꝙ ipsum est verum sicut ꝓbauit prima ratio.Sed propter secudam rationẽ que adducitur pro sophismate propter illam regulam allegatam.¶ Est sciendum ꝙ hec propositio:nihil est nihil nõ equipolet huic.quodlz est aliquid et hº duplici de causa.primo:ꝗa ista.nichil est nichil est negatiua.ꝛ hec est affirmatiua.quodlibet est aliquid .mõ nunquaz propositio negatiua eqpolet affirmatiue. Secundo:ꝗa si ista.nihil est nihil equipollet huic.quodlibet ẽ aliquid:tunc etiam ista nulla chymera est nulla chymera:deberet equipollere isti.quelibet chymera est aliqua chymera.modo hoc est falsuz:quia prima est vera et secunda falsa.ꝙ secunda sit falsa patet:quia est affirmatiua cuius subiectum pro nullo supponit. et hoc sufficit ad falsitatem affirmatiue .ꝙ autem ista.nulla chymera est nulla chymera sit vera patz ꝑmo.ꝗa eius ꝓtradictoria est falsa.scz aliqua chymera est nulla chymera.q̃ ẽ affirmatia cuiꝰ subiectũ pro nuulo supponit.Secundo qꝛ hec.nulla chymera ẽ nulla chymara.ẽ negatiua cuius subiectum pro nullo supponit.modo hoc sufficit ad veritatem negatie.¶ Tercio si ad istam.nihil est nihil sequatur ista per equipollẽtiã.quodlz est aliqd tunc ex negatiua sequitur affirmatia quod est impossibile.Sed diceres ꝗd dicis ergo ad regulã allegataz.Dico ꝙ illa regula habet veritatẽ quando illa duo signa ponũtur in eadẽ pte ꝓpositionis. Et ideo bene conceditur ꝙ ista.nihil nihil est.equipollet huic quodlibet aliquid est:vel quodlibet est aliquid .Et etiam ista. nulla chymera est. bene equipollet huic. quelibet chymera aliqua chymera est et tunc dicitur ꝙ hec non est negatiua sed affirmatiua. Alterius dicitur ꝙ si in aliqua oratione poneretur tria signa vniuersalia negatiua tũc duo prima signa facerent equipolẽtiaz ab inuicem tertio signo remanente.Aerbi grã ista ꝓpositio.nullus homo nullum animal nullo loco videtvalet istã omnis hõ aliqõ aĩal nullo loco videt

¶ Ad improbationem sophismatis dicendum est ꝙ non sequitur nihil ẽ nihil:ergo nihil est nullus homo:qꝛ arguitur a negatione superioris ad negationem inferioris.Unde in predicato añtis negatur li ens.et in predicato ꝑñtis negatur li homo.vnde ista nihil est nihil.valet istaz.nihil est nullum ens.sed a negatione superioris ad negationem inferioris negatiue non valet consequentia.propter hº ꝙ quando arguitur negatiue a superiori negato ad inferius negatum arguitur ab inferiori ad superius negatiue propter hoc ꝙ superius negatuz redditur inferius ꝛ inferius negatuz redditur superius.

Sophisma.xix.

est istud Ex nihilo nihil fit.

¶ Probatur sophisma per aristotelẽ primo phisicoꝝ qui dicit hoc .et dicit in hoc omnes antiquos philosophos concordasse.

¶ Improbatur sophisma.

Nam ex nihilo nihil fit:ergo ex quo

libet aliquid fit.ꝛna tenet per dictam regulam eqpollentiarũ allegatam et expositam in precedenti sophismate.
¶ Ad sophisma respondetur ꝙ accipiendo li ex prout dicit circũstantiam ⁊ habitudinem cause materialis sicut capit aristoteles in primo phisicorum in predicta ꝓpõe sophisma de virtute sermonis est fm.quia sibi equipolẽs est falsa scz ex quolibet aliquid fit quod est falsuz.qꝛ si sic tunc ex deo aliquid fieret ꝓut li ex dicit circunstantiam cause materialis.mõ hoc est falsum.¶ Secũdo qꝛ sophisma debet sic induci.de hoc nõ nihil fit ⁊ de hoc nõ nihil fit ⁊ sic de alijs.mõ inter omnes singulares multe sunt false.qꝛ demõstrato deo ista est falsa de hoc non nihil fit.qꝛ equipolet huic de hoc aliqd fit que est falsa.Et ad aristotelem dicitur ꝙ per ꝑdictam ꝓpositionẽ ipse intendit istam nichil fit ex nichilo.et ista est vera naturaliter loquendo.qꝛ eius contradictoria est falsa.ſ.aliquid fit ex nichilo.

Sophisma.xx.

est istud.Nichil ⁊ chimera sunt fratres:
¶ Probatur qꝛ eius ꝗdictoria ẽ falsa ergo ipsa est vera.ꝛna tenet.antecedens ꝓbatur.qꝛ ꝗdictoria ẽ.aliquid et chimera sunt fratres.⁊ illa est falsa ¶ Secundo sic arguitur.nõ hoc ⁊ chimera sunt fratres ⁊ non hoc ⁊ chimera sunt fratres ⁊ sic de alijs:ꝫ nichil ⁊ chymera sunt fratres.
¶ Improbatur sophisma nulle sorores sunt frẽs nichil ⁊ chimera sunt sorores:ꝫ nichil ⁊ chymera non sũt fratres.maior est nota.minor patet quia eius ꝗdictoria ẽ falsa scz aliqd et chymera sunt sorores:ergo ⁊c.¶ Secũdo sic.si nichil ⁊ chymera essent fratres vel hoc esset ex parte patris vl ex parte matris.vel vtriusqꝫ.nullum põt dici.quia aliter abnisset vnum patrem ⁊ vnam matrem.¶ Tertio sic.q̃cunqꝫ sunt fratres:sunt.nihil ⁊ chymera sũt fratres:ergo nichil ⁊chimera sunt discursus est bonus ⁊ conclusio est falsa ergo aliqua premissarũ ⁊ nõ maior.ꝫ minor.
¶ Ad istud rndetur ꝙ si li nichil capiatur cathegoreumatice sophisma ẽ falsum.quia denotatur ꝙ illud quod simpliciter ñ est ⁊ chymera sunt fratres.⁊ sic sophisma est propositio affirmatiua.Si autez li nihil capiatur sincathegoreumatice tunc ipm ẽ verum.⁊ tunc est ꝓpositio negatiua.et tunc denotat ꝙ aliqꝗ ens ⁊ chymera nõ sunt fratres.⁊ hoc est verꝫ.⁊ sic etiam verum est ꝙ nichil ⁊ chymera sũt sorores.Nec sequit quecunqꝫ st sorores nõ sunt fatres ⁊c qꝛ minor est negatiua in prima figura. ¶ Ad aliam dicitur ꝙ nihil ⁊ chymera sũt fratres tam ex pte patris q̃ ex parte matris. eo ꝙ nullum ens ⁊ chymera sunt fratres ex pte patris:etiã sequitur ꝙ nl lum ens ⁊ chymera sunt fratres ex pte matris.Et vlteri? sequitur ꝙ nihil ⁊ chymera habuerũt vnum patrez.et eius contradictoria est neganda scilcz aliquid ⁊ chymera habuerunt vnum patrem.Sed diceres cõtra.ergo erat vnus pater ipsius nichil et chymere. negatur ꝛna.eo ꝙ hec est negatia nichil et chymera habuerunt vnum patrem.⁊ hec est affirmatiua.vnus erat pater ipsius nichil ⁊ chimere mõ ex negatiua non: sequitur affirmatiua.

Sophisma.xxi.

Est istõ Nihil est si aliquid ẽ
¶ Probatur sophisma Non hoc est si aliquid est demonstrando sortem.nec hoc est si aliquid est demonstrãdo platonez:ergo ⁊c.consequentia tenet.antecedens probatur.qꝛ nõ sequitur aliquid est:ergo sortes est.aliquid ẽ:ergo plato est ⁊ sic de alijs.
¶ In oppositum arguitur aliquid ẽ si aliquid est:ergo non nihil est si aliquid est.consequentia tenet eo ꝙ ad idem nõ implicans nõ sequuntur opposita.¶ Secundo sic.Nam nichil est si nihil est:ergo non est ita ꝙ nihil est

si aliquid est.cõsequentia tenet eo q̃ idem non sequitur ad opposita vt dicit.aristoteles scdo priorum.

¶ Ad sophisma rñdetur q̃ ipsum est falsum. Nam si esset verum tunc ibi esset bona consequentia aliquid est: ergo nichil est.modo hoc est falsum. eo q̃ sic est sicut significatur per antecedens.ꝛ nõ sic sicut significatur per consequens.Et cõfirmatur.naz sequitur aliquid est:ergo aliquid est:ergo non sequitur aliquid est:ergo nichil est.antecedens patet. consequentia probatur.qꝛ aliter in bona consequentia oppositum consequentis nõ repugnaret antecedenti.modo hoc est falsum.consequẽtia probatur nam si ad istaz aliquid est sequatur ista aliquid est:cum ista nihil est contradicat consequẽti:sequitur q̃ ipa repugnat antecedenti.et per conseq̃ns non sequitur ad antecedens.ꝛ per consequens si sequatur aliquid est.ergo aliquid ẽ non sequitur aliquid est.ergo nihil ẽ ¶ Propterea ad istam nichil est sequitur ista nichil est.qꝛ optima est consequentia eiusdem ad seipsum.ergo ad istam aliquid est non sequitur ista nichil est.quia aliter idem sequeretur ad opposita. Cuius falsitas consequentis allegata est secundo priorum ¶ Probatur etiam hec falsitas ratione propter hoc q̃ debilis est locus ab auctoritate.Et hoc sic Si idem sequeretur ad vtrumq̃ oppositorum sequeretur ad reliquum.sed hoc est falsum.quia tunc ad negatiuam sequeretur affirmatiua.sed hoc est falsnm quia negatiua nichil ponit affirmatiua vero aliquid ponit. Probatur consequentia eo q̃ secundum aduersarium idem sequitur ad vtrumq̃ oppositorum.sit ergo q̃ ad a esse albũ et etiam ad a non esse album sequatur b esse magnum.tunc quia ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis oportebit concedere q̃ ad b non esse magnum sequatur a non esse album. propter hoc q̃ ad a esse album positum est sequi b. esse magnum.vt ponit aduersarius Tunc sic ad a .non esse magnum sequitur a non esse album.et ad a. non esse album sequitur b. esse magnum ergo ad b nõ esse magnuz sequitur b eẽ magnum.p illã regꝛaz.quicqd seq̃tur ad ꝓñs:ꝛ cetera.ꝛ sic vnum oppositorum sequitur ad reliquum quod erat probandum. Sed diceres.probatur q̃ vtiq̃ idem potest sequi ad opposita.nam ad istam sortes sedet.sequitur ista disiunctiua sortes sedet vꝛ non sedet. Similiter sequitur ad istam sortes non sedet.eo q̃ quelibet cathegorica infert disiunctiuam cuius est pars. ¶ Secundo quia necessarium sequitur ad quodlibet: ergo ad vtrumq̃ oppositorum consequentia tenet .antecedens probatur.quia ex impossibili ei contradicente sequitur quodlibet ideo ipsum sequitur ex qualibet.ꝓsequentia tenet quia ex q̃ ex impossibili contradicente necessario sequitur quodlibz tũc quacũq̃ cõseqnentia formata cuius ꝓñs ẽ necessarium ex opposito ꝓseq̃ntis potest inferri oppositum antecedentis. postq̃ oppositum cõsequentis est impossibile. eo q̃ ex impossibili sequitur quodlibet Quod autem ex impossibili sequatur quodlibet.hoc in prima p te huius tractatus declaraui in illo sophismate omnes hoĩnes sunt asini vel homies et asiui sunt asini. ¶ Tertio sic. Nam sequitur omnis disciplina est studiosa. nulla disciplina est studiosa:ergo nulla disciplina est disciplina.ecce quomodo idem sequitur ad opposita. ¶ Ad ista respondetur q̃ quando aristo.secundo priorum.dicit q̃ idem non sequitur ad opposita. intellexit hoc de propositionibus simplicibus cathegoricis. quarum cõtradictorie non implicãt contradictionem. Et hoc etiam.probat ratio adducta. Et ex hoc solute sunt due prime rationes . quia ista

sortes sedet vel non sedet non est cathegorica:et etiam contradictorium necessarij saltem necessarium de forma est impossibile implicans contradictionem.¶Ad aliam dicitur ꝙ ista nulla disciplina:et cetera non sequitur ad opposita:sed bene sequitur ad copulatiuam compositam ex oppositis Unde dico ꝙ cum arguitur.omnis disciplina est studiosa.nulla disciplina est studiosa:ergo nulla disciplina ē disciplina.non totale antecedens est maior.nec etiam minor:sed copulatiua composita ex maiore ⁊ minore ⁊ ista cōiunctione ⁊.¶Ad rationem probantē sophisma esse verum:respodetur vno modo ꝙ non omnes eius singulares antecedentis sunt vere.quia de monstrando deum.hec est falsa. non hoc est si aliquid est.eo ꝙ bene sequitur aliquid est:ergo deus est.eo ꝙ forte deum non esse implicat contradictionem.Aliter potest dici ꝙ quando dicitur non hoc est si aliquid est.ꝙ ista negatio non pōt referri supra totam propositionem conditionalem que sequitur eam.vel super primam partem eius.Si primo modo tūc conceditur antecedens.et negatur cosequētia. Nam tunc ista non hoc est si aliquid est.significat ꝙ non sequitur aliquid est:ergo hoc est.⁊ ad tales non sequitur ista nichil est:ergo aliquid ē ¶Secundo modo ista non hoc est si aliquid est significat tantum quantuz ista aliquid est:ergo non hoc est quia ad tales bene sequitur ista nihil est si aliquid est:sed tunc negarē antecedēs oppositoruz non sequitur ad reliquū. igitur.¶Secundo sic. Hec est negatiua nichil est.⁊ hec ē affirmatiua aliquid est:sed ad negatiuam non sequitur affirmatiua:ergo nō ita ē ꝙ si nihil est aliquid est.

¶Ad sophisma respondetur ꝙ ipsuz est falsum.Et ad probationem in contrarium quando dicitur.si nichil est nihil esse estverum.negatur ꝛsequentia.quia antecedens est propositio negatiua et consequens est propositio affirmatiua.sed ad negatiuam non sequitur formaliter affirmatiua.eo ꝙ negatiua nichil ponit:et affirmatiua aliquid ponit.Sed diceres contra quelibet propositio infert propositionem in qua verum affirmatur de suo dicto.sequitur enim homo est asinus:ergo hominem esse asinum ē verum.deus est ergo deum esse ē verum:ergo etiam sequitur.nichil est. ergo nihil esse estverum Breuiter nego assumptum. Sed contra diceres illa consequentia est bona cuius ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis.sed sic est hic vbi arguitur ab affirmatiua propositione ad illam in qua li est verum affirmatur de dicto antecedentis.sicut hic deus est:ergo deum esse estverum.vel hic sortes est:ergo sortem esse ēverum.Nam sequitur sortem esse non est verum:ergo sortes nō est:sed ista repugnat antecedenti.et sic ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis.¶Ad hoc respondetur ꝙ non sequitur deus est :ergo deum esse est verum.Et quando dicitur oppositum consequentis repugnat antecedenti:ergo ⁊c.negatur antecedens. Et quando dicitur sortem esse nō ē verum:ergo sortes nō ē.negatur consequentia.Nam possibile ē ꝙ sortes sit ⁊ ꝙ nō formetur hec propositio sortes ē nec eius dictum ⁊ tūc sortes est.⁊ tamen sortem esse non est verum nec etiam ē falsum.quia non est sed ad hoc ꝙ aliquid sit verum vl

Sophisma xxii.

Est istud. Si nichil est aliquid est.

¶Probatur sophisma. Si nichil est tunc nihil esse ē verum.⁊ si nihil esse est verum.tunc aliquid est.qz ad minus hoc verum est.nihil est.

¶Improbatur sophisma sic.Nichil et aliquid est opponuntur:sed vnū

falsum oz q ipsum sit.

Sophisma xxiii

est istud Si tu scis qd nihil scis tu nihil scis.

¶ Probat sophisma. Si tu scis qd nihil scis tũc te nihil scire est veruz. eo q nihil scitur nisi verũ primo posteriorum. Et vltra te nihil scire est veruz ergo nihil scis. g si tu scis q nihil scis nihil scis.

¶ Improbatur sophisma sic. si tu scis q nihil scis aliqd scis. ergo nõ est ita q si tu scis q nihil scis: nihil scis. consequentia tenet eo q nihil scis et aliquid scis opponũtur. modo opposita non sunt ad idez. Antecedẽs pbatur Maz si tu scis q nihil scis. tu scis istã ppositionem nihil scis sed ista ppositio nihil scis est aliquid ergo si tu scis q nihil scis aliquid scis quod erat pbandum.

¶ Ad sophisma respondetur q est veruz eo q antecedens est ppositio implicans cõtradictionem. scz tu scis q nihil scis: sed ad talez seqtur qdlz: ergo concedit ista. si tu scis q nihil scis nihil scis. ita conceditur ista. si tu scis q nihil scis aliquid scis. Et qñ dr ad idem nõ sequitur opposita veruz est ad idẽ nõ iplicans opposita. sed qñ aliquid iplicat opposita ad illud pñt seq opposita eo q implicatuz põt inferri ex implicante.

Sophisma.xxiiii.

est istd Nihil est verũ nisi in hoc instãti. intelligendo p ly instans presens tempus.

¶ Probatur sophisma qcquid ẽ verũ presentiaꝗr ẽ verum et per cõseqñs ẽ verum in hoc instãti ⁊ nõ est verũ ĩ a° licet bñ fuit verũ. ⁊ erit veruz in alia mensura ab hoc instanti: ergo nichil est verum nisi in hoc instanti. ¶ Secũdo sic arguitur. nihil est veruz si non sit verum in hoc instanti. ergo nihil ẽ verum nisi in hoc instanti. Consequẽtia tenet eo q si non et nisi equiualent.

¶ Improbatur sophisma. Nihil est verum nisi in hoc instanti: ergo nihil est verum preter q̃ in hoc instanti. et vltra nihil est verum preter in hoc instanti: ergo deum nõ esse non est verꝫ preter in hoc instãti. Et vltra: ergo deum non esse est veruz in hoc instanti et in nullo alio ab hoc instanti. Consequentia tenet ab exposita ad exponẽtes.

¶ Ad sophisma respõdetur q in ipo secundum antiquos ly nisi tenetur aliquãdo consecutiue. et tunc valet idẽ q si non. ¶ Aliquando autez tenetur exceptiue. et tunc valet idem q preterq̃. Et secunduz hoc possum dicere duo ad sophisma. Primo q si ly nisi capiatur consecutiue: ipsum est verũ sicut probauerunt due pme rationes nec oppositum illius probat ratio in oppositum. Si autem ly nisi capiatur exceptiue: tunc est falsum sicut probat ratio predicta in oppositum. Nec oppositum probant due pme rõnes

¶ Consequenter. In ista parte ponaz sophismata difficultatez habentia ratione huius signi null⁹. Et sit primũ sophisma istud.

Sophisma.xxv.

Nullus homo est nullũ animal.

¶ Probatur sic. eius contradictoriũ ẽ falsum: ergo ipsum est verum consequentia tenet. antecedens probatur quia eius ꝓtradictorium est: aliquis homo est nullum animal. ⁊ hoc est falsum.

¶ Improbatur sophisma null⁹ hõ est nullum aĩal: g nullus homo est null⁹ asinus. ꝓñs est falsum. quia eius contradictoriuz est verum. scz aliquis hõ est nullus asinus.

¶ Respondetur ad sophisma q ipsuz est verum sicut probatur. Et quando dicitur nullus homo et cetera. negatur. quia arguitur ab inferiori ad superius negatiue. Unde ly nullum animal est inferius ad ly nullus asi

nus propter hoc q̃ ly aīal est ī plusq̃ ly asinus.modo superi⁹ negatuz reditur inferius. Et ita etiam debet intelligi solutio qua solutum est argumentum improbans hoc sophisma p̄ us positum.nihil ē nihil:quia arguit a negatione superioris ad negationē inferioris negatiue de aliquo.

Sophisma.xxvi.

Est istud Ālīū caput habens est aliqd̄ caput habens.

¶ Probatur. hoc caput non habens est aliquod caput habens. et illud caput non hñs est aliquod caput habēs et sic de alijs:g̃ ꝛc. ¶ Improbatur sophisma.eius contraria est vera: ergo ipa est falsa.ꝓnitia tz eo q̃ cōtrarie nō possunt simul esse vere. añs pz:quia eius contraria ē.omne caput habens est aliquod caput hñs.ꝛ illa ē vera qr q̃lz eius singularis est vera.

¶ Ad sophisma respondetur q̃ ipsuz est falsuz.ꝛ qñ arguitur hoc caput ꝛc. Rñdetur q̃ ista negatio non:pōt esse negansvel infinitans.si infinitans sic omnes tales sunt affirmatiue. hoc caput non habens est aliquod caput habens.et per ꝓñs non sunt singulares sophismatis:quia affirmatie nō sunt singulares vnius negatiue.et sic conceditur añs et negatur consequentia. Si autez dicta negatio tenetur negatiue sic bñ cōcederem ꝓñaz: sed negatur añs:qr tunc talis ꝓpositio.hoc caput non habēs ꝛc.valz istam.non hoc caput habens est aliquod caput habens.eo q̃ in singularibus nō refert p̄ponere vel postponere negationem termino discreto. sed illa est falsa eo q̃ contradictoria eius ē vera:scilz hoc caput habens est aliquod caput hñs

¶ Sz diceres ex quo tales hoc caput infinite non sunt singulares huius. nullum caput habens ꝛc.que est ergo vniuersalis talium singularium.

Dico q̃ hec.omne caput nō habēs est aliquod caput habens. Sed diceres contra ista omne caput non habens ꝛc.equipolet huic.nullum caput ꝛc.p illam regulam equipolentiarum negatio postposita signo ꝛc.g̃ quecunqz sunt singulares vnius sunt singulares alterius. Respondetur negando dictas ꝓpōnes equipolere: quia prima est affirmatiua secūda vero negatiua. Et ad regulam dicitur q̃ est verum qñ negatio tenetur negatiue.qñ autem tenetur infinitanter tunc non oportet.

Sophisma.xxvii.

Est istō nullo homine currente tu es asinus

¶ Probat sophisma. cōtradictoriū sophismatis ē falsum:g̃ ipm est verum ꝓñtia tz añs patet:quia contradictorium est hoc. aliq̃ homīe currente tu es asinus.modo hoc est falsum. ¶ Secūdo arguitur sic p ĩductionē.non sorte currente tu es asinus.non platone currente tu es asinus et sic de alijs. g̃ ꝛc. ¶ Improbatur sophisma. nullo homine currente tu es asinus:g̃ duz nullus homo currit tu es asinus: vel si nullus homo currit tu es asinus vt quia nullus homo currit tu es asin⁹ sed ꝓñs est falsum. patet ꝓñtia eo q̃ ois propō in qua ponūtur duo ablati ui absoluti in designatione ꝓñtie habet exponi per conditionalez vel temporalē vel causalez vt exemplificant de hoc antiqui grammatici.magistro legente pueri proficiunt. quam sic exponunt.

¶ Ad sophisma respondetur q̃ ipsuz ē falsum.et qñ dicit contradictorium est ꝛc.negatur.et vlterius dico q̃ iste non contradicunt.nullo homine currente tu es asinus. et aliquo homine currente tu es asinus:quia vtraqz earz est affirmatiua:sicut nec iste contradicunt.si nullus homo currit tu es asinus.et si aliquis homo currit tu es asinus.quarūlibz ē affirmatiua ypothetica cōditōalis ī q̃ nota ypothetice manet affirmāta. ¶ Sz diceres contra vniuersalis negatia ꝛ particulaſ affirma

tiua ꝯdicunt si sint vtroq; termiō participantes: sed sic est hic in predictis duabus: ⁊ ꝛc. Rñdetur cōcedendo maiorē ⁊ negando minorē. Aū dico istas esse nullius quātitatis. eo q; equalentes sunt ypothetice. modo ypothetice non sunt alicuius q̄titatis: sed bene sunt alicuius qualitatis. Sed diceres que est ergo ꝯdictoria sophismatis. Rñdetur q; est ista. nō nullo homine currente tu es asinus. pbatur hec negatio nō fertur supra totā ppositionē ita q; sit sensus. nō est ita q; nullo homine currente ꝛc. vel q; sit sens⁹. nō sequitur null⁹ homo currit: ⁊ tu es asinus ⁊ illa est vera. Sed diceres cōtra ista non nullo hoīe ꝛc. ⁊ ista aliquo homine currente ꝛc. equipolent. ⁊ si vna est ꝯdictoria sophismatis: ⁊ ⁊ reliqua Respondetur negādo dictas ppositiones equipolere. Et qñ dicitur nonne nullo et aliq̄ equipolent. dico q; hoc ē verū qñ ly non refertur supra ly nullo. sed tñ non oportet qñ ly nō referr̄ supra totā propositionē negans veritatem eius qualiter est in ppposito. Adhuc diceres qualiter se habent: ergo iste. nullo homīe ꝛc. ⁊ aliquo homine ꝛc. ex quo non sunt contradictorie vel ergo sunt cōtrarie vel subcontrarie ꝛc. Dico q; sunt sibi inuicez impertinentes. sicut sunt iste. si null⁹ hō currit tu es asinus. si aliquis homo currit tu es asinus que sunt ambe affirmatiue. nec se consequuntur. nec sibi inuicem opponuntur aliqua specie oppositionis. ¶ Ad scōam rationem dico q; si ista negatō nō feratur supra totam ppositionem conceditur antecedens. ⁊ negatur cōsequentia. Nam tunc sensus illius singularis est nō est ita q; sorte currente tu es asin⁹ ⁊ tunc antecedens est negatiuum et quia sophisma est affirmatiuum consequentia non valet. Si aūt intelligitur non sorte currente tu es asinus. q; ista negatio non: non feratur supra totaz ppositionem ⁊ q; esse sensus. non sorte currente tu es asinus id est sorte non currente tu es asinus. tunc cōceditur ꝯsequentia. sed negatur antecedens Unde negandum est q; sorte non currente tu es asinus eo q; neganduz est si sortes non currit tu es asinus.

Sophisma.xxviii.

Est istud Neutruz oculum habendo tu potes videre.

¶ Probatur sophisma. Dextrū oculū non habēdo tu potes videre. sinistruz oculum non habēdo tu potes videre ergo ꝛc.

¶ Improbatur sophisma sic. neutruz oculum ꝛc. ergo si neutrum oculum habes tu potes videre. consequēs est falsum consequentia tenet: eo q; talis hz exponi p cōditionalez causalem vl temporalem.

¶ Ad sophisma respondetur q; est falsum. Et quando dicitur dextruz occuluz ꝛc. dicitur q; iste non sunt singulares eius vniuersalis neutrum oculū ꝛc. sicut patet ex prius dictis. sz posito q; essent singulares respōdetur negādo antecedens. qz licet quelibet illarū sit possibilis. tamē copulatiua composita ex illis singularibus est īcompossibilis. propter in compossibilitatem singularium. modo neutrum singularium est antecedens illius vniuersalis: sed copulatiua composita ex eis et cetera.

Sophisma.xxix.

Est istō Ad nullum hominem currere sequitur omnem hominem currere.

¶ Probatur. nō ad sortez currere seq̄tur oēm homīem currere nec ad platonez currere seq̄tur oēm hoīem currere. ⁊ sic de alijs: ⁊ ꝛc. ¶ Secundo sic arguitur ꝯdictorium sophismatis est falsum: ergo ip̄m est verum. ꝑñia tenz antecedens probatur. quia contradictorium est ad aliquē hoīem currere sequitur omnem hominem currere. modo hoc est falsum.

¶ Improbatur sophisma ad vnū contrariorum nō sequit̄ reliquū: sz null⁹

homo et oīs homo sunt ꝓria ergo nō ad nullum hominem ꝛc.

¶ Ad sophisma respōdetur ꝙ ipz potest habere duplicez sensum vnus potest esse iste. ꝙ sophisma pōt esse vna vlis negatiua. ꝛ sic est sensus. nullus homo est ad quez currere sequat oēz hoīez currere. ꝛ sic est verus sicut probauerunt due prime rationes. et vt sic sophisma est propositio vniuersalis negatiua. Alio° sophisma significat ꝙ ad istam vel sibi similez nullus homo currit sequitur ista. oīs homo currit. ꝛ sic sophisma est falsuz. ꝛ hoc probat ratio in oppositum et sic sophisma est ꝓpō indefinita affirmatiua.

Sophisma xxx. Est istud. Ad omnem hoīez currere sequitur oēm hoīem currere

¶ Probatur sophisma. Maz sequitur omis homo currit: ꝯ oīs homo currit ꝯ ad omnez hoīem currere sequitur omnem hominem currere.

¶ Improbatur sophisma. Nec ad sortem currere sequit oēm hoīem currere. nec ad platonem currere sequitur oēm hoīez currere. ꝛ sic de alīs: ergo non ad oēm hoīem currere sequitur oēm homīem currere. ¶ Secundo sic arguitur. Ad oēm hoīem currere: sequitur omnem hominem currere: sz sors est homo: ꝯ ad sortem currere sequitur oēm hoīez currere. Conseqns est falsum qz non sequit sors currit: ꝯ oīs hō currit. ¶ Tertio sic arguitur. Contradictorium sophismatis ē verū: ꝯ ipm ē flz. Añs pz. s. ad aliquem hoīez currere nō sequitur oēm hoīez currere. qz nō sequitur aliqs hō currit: ergo oīs homo currit.

¶ Respondetur ad sophisma ꝙ pōt intelligi ꝙ sit ꝓpō indefinita. ꝛ tunc est sensus. ad istam vel sibi similez omis hō currit. sequitur omnis homo currit. ꝛ hoc est verum. vt probauit prima ratio. Vel intelligit ꝙ sit vniuersalis. et tūc sensus. omnis homo currit ad quem currere sequitur omnem hominē currere. ꝛ h° est flz vt ꝓbatū est

Sophisma xxxi Est istud Nullum hominē currere sequitur ad aliquem hominē currere.

¶ Probatur sophisma. Nec sortē currere sequitur ad aliquem hoīem currere. nec platonem currere sequit ad aliquē homīem currere. ꝛ sic de alīs ꝯ nō sequitur. aliqs hō currit: ꝯ plato currit: ergo nullum hoīem. ꝛc.

¶ Improbatur sophisma. qz si sic seqretur ꝙ vnū ꝑdictoriorum sequeretur ad reliquuz ꝓns est falsum. ꝓna tenet eo ꝙ nullus homo currit ꝛ aliquis homo currit sunt ꝑdictoria.

¶ Ad sophisma respōdetur ꝙ pt esse vna vlis negatiua ꝛ tūc est verum vt ꝓbauit ꝓma ratio. vel potest esse propositio indefinita affirmatiua et sic ē falsum. sicut probauit alia ratio. Maz tunc significat ꝙ ad istam aliquis hō currit sequit ista nullus homo currit et hoc est falsum.

Sophisma xxxii Est istō Nullus homo ē si aliquis homo est.

¶ Probatur sophisma nō sortes est si aliquis homo ē: quia nō sequitur aliquis homo est: ergo sors est. nec plato est si aliqs homo est. qz nō sequitur aliquis homo est: ꝯ pro est: ꝯ ꝛc.

¶ Improbatur sophisma. Hic denotatur vnum oppositoꝝ sequi ad reliquū ꝯ sophisma est falsum.

¶ Ad sophisma respondet ꝙ ipm est flm. et qñ dicitur. nō sequit ꝛc. dicit ꝙ illa negatio non pōt negare conditionē. ꝛ tūc antecedens ē verū. ꝛ ꝓna non valet. tunc enī denotat ꝙ ista conditionalis nō est vera sors ē: si aliqs hō ē ꝛ illud de facto est verum. Sed manifestum est ꝙ illa nec est añs nec pars añtis sophismatis. vel dicta negatio potest negare ꝟbum primo loco posttum ꝛ sic añs est falsum. ꝛ consequentia est bona. tunc enī ista non sors est si aliquis homo est valet tantum ꝗtum ista sortes nō est si aliquis homo est. ꝛ hoc est flm. qz nō sequitur aliqs

homo est ergo sortes non est.

Sophisma xxxiii.

est istō nullus potest scire qō aliquis potest scire.

¶ Probatur sophisma sors nō pt scire qō aliquis homo pōt scire.plato ñ potest scire qō aliquis homo pt scire ⁊ sic de alijs:ergo ⁊c ꝓña tenet.añs ꝓbatur.sortes non pōt scire quod plato pōt scire.qr sortes non pōt scire se esse platonem.⁊ hoc plato potest scire nec plato pt scire se esse sortem quod potest sortes scire ⁊ sic de alijs

¶ Improbatur sophisma eius contradictoriū est verū.ergo ipm est falsum ꝓña tenet.añs patet quia contradictorium est aliqs hō pōt scire qō aliquis hō pt scire ⁊ hoc est verum.

¶ Rñdetur ad sophisma q ipm ē falsū.Et qñ dicit sortes non pōt scire ⁊c. dicit q verū est.qr sortes ñ pt scire se esse platonem .nec aliquis hō pt hoc scire.qr nullus homo pōt scire q sors est plo.Et qñ dicitur plato scit se esse platonē ꝓceditur.nec hoc est idē q sortes denotatur nō posse scire.Cū ei dr sortes nō potest scire se eē platonem. et plato pōt hoc scire.hoc relatiuum hoc aliud refert in vna q in alia.vñ sicut nō est idem sortem eē platonem ⁊ platonem eē platonem.sic nōē idez sortem scire se esse platonē ⁊ platonez se scire esse platonem.Et sitr non valet ista ꝓña:sortes non pōt scire se esse platonez qō aliquis hō potest scire ergo sortes non potest scire quod aliqs homo potest scire:sed est fallacia consequentis quia bene sequitur .sortes potest scire se esse platonem quod aliquis homo pōt scire :ergo sortes pōt scire quod aliquis homo potest scire. sed non econtra:ergo negatiue arguendo eodem ordine est fallacia consequentis a destructione antecedentis ad destructionem consequentis. Similiter probatur et improbatur ⁊ soluitur hoc sophisma sequens.

Sophisma.xxxiiii.

est istō Sortes potest scire qō deus non potest scire.

¶ Probatur.Sortes potest scire aliquem esse meliorem se:sed deus non potest hoc scire.quia deus non potest scire aliquem meliorem se:ergo ⁊c.

Secundo sic arguit sortes potest scire se esse in peccato sed deus non pt scire se esse in peccato ⁊ ⁊c.

¶ Improbatur sophisma. Sortes nō potest scire nisi verū:sed deus scit omne verum:ergo non sortes non potest scire qō deus nō potest scire.

¶ Ad istud sophisma respondetur q est falsum.⁊ qñ dicitur.sortes pōt scire aliquez ⁊c.cōceditur qr potest scire aliquem esse meliorem sorte et cōceditur q deus nō pōt scire aliquem meliorem deo cuz hoc sit impossibile.sed ex his nō sequit q sortes pōt scire qō deus nō potest scire.qr nō est idem qō in premissis denotatur sortez posse scire.⁊ q denotatur deum non posse scire.pz quia non sunt idē posse scire aliquem meliorem sorte ⁊ posse scire aliquem meliorem deo ¶ Ad scōaz rñdetur eodez modo.qr nō sequitur.sortes scit se esse in peccato ⁊ deus nō scit se esse in peccato:ꝯ sortes scit aliquid qō deus non scit.eo q non est idez quod in premissis denotatur sortē scire posse ⁊ q denotatur deum non posse scire propter hoc q hoc relatiuuz se aliud refert in vna ⁊ aliud in alia deinde potest poni quando li nullus additur termino complexo dequo

Sophisma.xxxv.

ē istō. Nullū animal duz dormit vigilat.

¶ Probatur sophisma.Contradictorium sophismatis est falsum ergo ipsum est verum.consequentia tenet.ãtecedens probatur.quia contradictorium est.aliquod animal dum dormit vigilat.quod est falsum

¶ Improbatur sophisma:nullum animal dum dormit vigilat oīs homo est anīal dū dormit:ꝯ nullus hō vigi-

lat conclusio est falsa ⁊ discursus est bonus.qz in celarēt:ꝯ aliqua premissarum ⁊ nō minoz:ergo maioz q̄ erat sophisma.

¶ Ad sophisma respōdetur ꝙ ipsum est verum sicut probauit prima ratio Pro solutione alterius rationis dicitur ꝙ sophisma debz resolui sic.nullum aīal est qd̄ dum dormit vigilat.et ſm hoc dicitur dictū discursuz nōvalere eo ꝙ plus predicatur in minori q̄ erat subiectum maioris.Nam in minori predicatur hoc totum aīal dum dormit ⁊ non deberet predicari nisi li animal.⁊ ideo debet sic argui.nullum animal dum dormit vigilat omis homo est animal:ꝯ nullus homo duz dormit vigilat.⁊ tūc sillogismus esset in celarent ⁊ premisse essent vere ⁊ similiter ꝛclusio.ꝑpter hoc ꝙ plus predicatur in minori q̄ subijciebatur in maiori discursus iste non valet nullus obolus valet denarium oīs florenus valet obolum:ꝯ nullus florenus valet denarium.vnde hic in maiori solum subijcitur iste termin⁹ obolus.qz maioz resoluitur.sic null⁹ obolus ēvalens denarium.⁊ in minori :p̄dicatur hoc totum valens obolum. Sed iste discursus bene valet.nullus obolus valet denarium oīs floren⁹ est obol⁹ ergo nullus florenusvalet denarium sed tunc minoz esset falsa.

¶ Nunc in hac parte ponenda sunt sophismata difficultatem habentia ratione terminozum negationem in cludentium.sicut sūt dictiones exclusiue.exceptiue.⁊c. Et primo ponenda sunt sophismata circa dictiones exclusiuas ⁊ deinde circa exceptiuas ⁊ etiam de multis alijs.Et primo ad huc premittenda sunt aliqua circa dictiones exclusiuas quibus premissis ponenda sunt sophismata.

¶ Quantum ad primuz sciendū ē ꝙ iste dictiones dicuntur exclusiue. solum.tantum.vnicus.⁊ sic de alijs.et propositiones in quibus ponūtur dicuntur exclusiue.¶ Secūdo quantuz ad istam dictionem nullus solus est sciendū.ꝙ aliqñ dicitur teneri cathegoreumatice et aliquando sincathegoreumatice.qñ enī tenetur cathegoreumatice tunc denotat priuationem societatis.sicut si diceretur solus sortes currit ⁊ significaretur per talē ꝓpositionem ꝙ nullus curreret cum eo.vel si diceretur solus sortes comedit vel sortes comedit solus qz quando tenetur cathegoreumatice magis proprie debet poni a pte predicati Sz quādo tenet sincathegoreumatice tunc significat predicatum verificari de subiecto et remoueri de quolibet alio.Et est sciendum ꝙ per istam sol⁹ sortes currit significatur ꝙ sortes currit ⁊ nichil aliud a sorte currit.

¶ Tertio est scienciēduz de ista dictione vnic⁹ ꝙ aliqñ additur subiecto alicuius.ꝑpōnis ⁊ tūc denotat exclusionez p̄dicati solum ab illis q̄ sūt eiusdem specie i cum subiecto ⁊ nō ab alijs.verbigr̄a si dicatur ꝙ vnicus sortes est in domo denotatur ꝙ sor̄s sit ī domo et nullus alius a sorte sit in domo q̄uis enim multa alia aīalia sint in domo eadem.Sikr hec dictio vnicus denotat exclusionem multitudinis in illa specie.verbi gr̄a posito ꝙ multi hoīes currant hec est falsa vnicus homo currit.quia denotat rōe huius dictionis vnicus ꝙ vnus hō currit ⁊ non plures.⁊ per hoc ista dictio vnicus differt ab ista dictione vnus quia ista dictio vnus non sic excludit multitudinem.Unde posito ꝙ multi hoīes currāt adhuc hec esset veravn⁹ homo currit licet non sit ita de ista vnicus homo cūrrit. ¶ Quarto est sciendum de ista dictione tantum et de ista dictione solum.que sūt dictiones exclusiue magis comūes que aliquando adduntur subiecto aliqñ predicato ⁊ aliquando copule.Exēplum primi.vt tm̄ homo currit. Exempluz secundi.vt homo est tm̄ animal.Exēplum tertij.vt homo tātū est animal.

¶ Quinto sciendum est q̃ subiectuz cui dicte dictones possunt addi potest esse terminus communis: sicut dicendo tantum homo currit. Vel terminus discretus sicut dicendo tantum sortes currit. ⁊ aliquando potest esse terminus singularis numeri. vt dicendo tantum homo currit. Vel pluralis numeri. vt dicendo tantum homines sunt risibiles. Vel potest esse nomen collectiuum. vt dicendo tantũ exercitus est rotundus. ⁊ sic etiam potest distingui de predicato. Et aliquãdo potest esse rectus. vt dicendo tantum sortes currit. et aliquando illud cui additur dictio exclusiua potest esse obliquus. vt dicendo tantum sortis est asinus. Aliquãdo autem compositum ex recto et obliquo. sicut dicendo tantum asinus sortis currit. Et aliquando potest esse compositum ex rectis mediante aliqua coniunctione interposita. sicut dicendo tantum materia et forma sunt compositum ¶ Alterius ; potest addi termino distributiuo iam distributo. sicut dicendo tantum omnis homo currit tantum nullus hõ currit. Et aliqñ ne°ne p̃poita ⁊ aliqñ neg°ne p° poita. ⁊ aliqñ terio absoluto. sicut hic tantũ homo est. aliquando termino cõnotatiuo sicut hic tantum albũ est. Et aliquãdo termio significati rem diuisibilem sicut dicendo. tm̃ homo est. et aliquando termino significãti rem indiuisibilem vt dicendo tãtum aia est. Et aliquando termino significanti rem homo geneam. vt tantum aqua est. et aliquando termino significãti rem etheroge neam vt dicẽdo. tm̃ homo ẽ.

¶ His visis ponende sunt alique regule pro expõibus propõnum exclusiuarum que valebunt nobis ad soluẽdum sophismata circa dictiones exclusiuas. ¶ Prima est si dictio exclusiua addatur subiecto tunc exponenda est per vnam ꝓpõem copulatiuaz compositam ex vna affirmatiua et alia negatiua cum hoc relatiuo diuersitatis aliud. et ideo copulatiua dicitur exponens illius exclusiue. et vna earũ sequitur ad aliam. scz copulatiua ad exclusiuam ⁊ econtra verbigratia. tantum homo currit. exponitur sic. homo currit et nichil aliud ab homine curit. Ex isto sequitur q̃ quolibet cathegorica que est pars exponentis exclusiue. sequitur ad exclusiuam propter hoc q̃ quelibz pars copulatiue sequitur ad illam copulatiuam cui° est pars. que copulatiã cõuertitur cũ exclusiue. Eodez mõ exponeretur si subiectũ esset termin° cõnotatiuus. sicut dicẽdo. tantum albuz currit. exponitur enĩ sic. albũ currit ⁊ nihil aliud ab albo currit. Idem etiã esset si subiectmm esset termin° collectiuus. vt si diceretur tm̃ popul° currit exponitur sic. popul° currit ⁊ nihil aliud a populo currit. Et idem eẽt si illud cui additur dicto exclusiua esset obliquus vel aggregatum ex recto ⁊ obliquo. sicut dicendo tm̃ sortis ẽ asinus. exponitur sic. sortis est asinus et nullius alteri° a sorte est asin°. Similiter ista. tm̃ sortis asinus currit. exponitur sic. sortis asin° currit et nihil aliud a sortis asino currit. ita q̃ maneat obliquus similiter situatus. Et dicitur cõformiter si sit pluralis nũeri. sicut tantum duo homines currũt debet sic exponi. duo homĩes currũt et nulla alia a duob° homĩb° currũt cum hoc tm̃ bñ stat q̃ aliqd aliud a duobus hominibus currat. ⁊ vnus homo qui est ali° a duob° homĩbus currit. Consilr est dicendũ si subiectũ sit disiunctum vel copulatum. ¶ Secunda regula. si dictio exclusiua addatur p̃dicato denotat exclusionem cuiuslibz alterius p̃dicati a subiecto. sicut hic. sortes ẽ tm̃ anĩal. vñ talis exponitur sic. sortes ẽ tm̃ anĩal. i. sortes est anĩal ⁊ sortes ẽ nõ aliud q̃ aĩal. ita q̃ ꝟbuz maneat affirmatum in vtraq̃.

¶ Circa istam regulã ẽ notandũ q̃ si p̃dicatũ cui additur dictio exclusiua ẽ termin° connotatiu°. propõ in qua

ponitur pōt exponi duplicit. sicut dicendo. sortes est tm̄ albus. pōt enī exponi vnomodo sicut dictū ē p exclusionem cuiuscūq; alteri⁹ p̄dicati a subiecto. Et tunc si exponit sortes ē tm̄ albus. i. sortes est albus et sortes est nihil aliud q̄ albus. Secūdo⁰ pōt sic exponi. sortes ē tm̄ alb⁹. i. sors ē alb⁹. et sortes denoiatur nō alio accnte. et sic fm̄ primā expōnē hec eēt vera. sortes est tm̄ alb⁹. non obstāte q̄ sortes esset albus et cū hoc eēt grāmatic⁹ logicus ⁊ rhethoricus. tū in isto casu ipa esset falsa fm̄ secūdam expositionē. ¶ Tertia regula quando dictio exclusiua additur vtriq; tam subiecto q̄ predicato tūc fienda est expositio quātum ad li tm̄ positum ex pte subiecti fm̄ primā regulam alio remanēte itegro verbi grā. tm̄ sortes est tm̄ animal: debet sic exponi. sortes ē tm̄ aīmal et nihil aliud a sorte est tātum anīal: ⁊ tunc tali expositiōe facta vlteri⁹ quelibz cathegorica copulatiue exponentis exponenda ē p secundam regulā. ¶ Quarta regula est quando dictio exclusiua additur copule exponēda ē per vnam affirmatiuā in qua p̄dicatū affirmat de subiecto. et per vnam negatiuā de cui⁹ subiecto remouetur ꝓpositus ex dicto predicato. ⁊ hoc relatiuo diuersitatis aliud. verbi gratia. sortes tātū ē aīal. debet sic exponi. sortes ē aīmal ⁊ sortes non ē aliud ab aīali. Sed est aduertēdum q̄ si talis ꝓpō in q̄ additur dictio exclusiua copule fit de subiecto cōi nō determinato aliq̄ signo vlī tunc in exponēte negatīa loco talis subiecti debz poni relatiuum idem titatis. verbi grā. hō tātum est aīmal debz sic exponi. hō ē aīmal et ille non est aliud ab aīmali. Sicīr hō videt tm̄ asinum. debet sic exponi hō videt asinum et ille nō vidz aliud q̄ asinū seu aliud ab asino. Et ratio hui⁹ ē: quia si nō sic: exponeretur sic: scz q̄ subiectū negatiue esset relatiuum idētitatis et non termin⁹ communis. possibile essz in casu exponēte esse veram ⁊ expositā esse falsam hoc declaro sic: Pōnā posito q̄ non sint nisi duo homīes in mūdo scz sortes ⁊ plato. et sortes videat asinum et cū hoc multa alia aīalia ⁊ plato nihil videat. hec eēt flā. hō tantū videt asinum q̄a nec sortes tm̄ vidz asinuz nec plato sortes enim videt alia ab asino: et plato nihil videt. et tamē ambe erunt vere: scz hō videt asinum et hō non videt aliud ab asino. p̄ma enim est vera p sorte ⁊ secūda etiā p platone. Sed si dicatur homo vidz asinum et ille non videt aliud ab asino. tunc prima est vera et secūda falsa p eodem. ¶ Ex isto sequitur q̄ multuz differt dictionem exclusiuam ponere ad copulam et ponere ad predicatum ¶ Primo quia qn̄ ponitur ad p̄dicatū siue subiectum sit termin⁹ cōis siue singularis sine signo vlī non oportet sic loco subiecti ponere relatiuū idemtitatis sicut oportet quādo dictio exclusiua additur copule. Secūdo qn̄ dictio exclusiua ponitur ad p̄dicatū hoc verbum est manet affirmatum in vtraq; exponentium: ¶ Circa istam regulaz est sciendum q̄ qn̄ dictio exclusiua additur copule et predicatum ē termin⁹ connotatiuus pōt exponi duplīr sicut etiā qn̄ dictio exclusiua additur predicato cxñti connotatiuo. verbi gratia. sortes tātū ē comedēs pōt exponi sic sortes ē comedens et sortes nō est aliud a comedente. vel sic sortes ē comedens ⁊ nō denominatur alio accidēte ¶ Quinta regula est. si negatio precedat dictionē exclusiuam tūc illa propositio exponenda ē per vnā disiunctiuam. verbi grā non tm̄ sortes currit exponitur sic. sortes non currit vel aliud a sorte currit. Ratio huius est: quia ista non tantum sortes currit cōtradicit huic affirmatiue. tantū sortes currit: g̃ exponens vni⁹ debz contradicere exponenti alterius. Et cum exponens vni⁹ sit vna copulatīa exponens alterius debet esse vna disiunctiua ꝓposita ex ptibus cōtradicentibus ptib⁹ copulatīe. Ex isto sequitur

ꝗ ista ꝓña non vz. non tm̃ sortes currit: ergo sortes currit. sicut nec vz ꝓña a disiunctiua ad alteram ei⁹ partem ¶ Sexta regula est. ab exclusiua affirmatiua in rectis ad vl'ez de terminis transpositis est bona consequentia. vñ bñ sequitur tantũ aial est hõ: ꝗ oīs homo est animal. ista patet statiz per expositionem exclusiue. Nam si aial est homo ⁊ nihil aliud ab animali est homo tunc homo est aial et null⁹ homo est aliud ab aiali p cõuersionem et per ꝓñs oīs hõ est aial. ⁊ iõ ista. oīs homo est aial. sequitur ad exponẽtes istius. tm̃ aial est hõ. tunc etiã sequit̃ ad ipsammet. Etiaz posset ꝓbari ista ꝓña eo ꝙ ex oppoito ꝑdictorio ꝓñtꝭ infert̃ oppositũ añtis. Ex h⁰ seqt̃ ꝙ iste syllogismus non vz. oīs hõ ẽ substantia: tm̃ aial ẽ hõ: ꝗ tm̃ aial est substantia: qꝛ oīno equalet huic sylło qui nõ vz. oīs hõ est substantia. oīs homo est aial: ꝗ oīs substantia est aial. Unde minor ⁊ conclo hui⁹ syllogismi sequũtur ad minorẽ ⁊ conclonẽ alteri⁹ syllogismi conuertibiliter. Sicut enim ad exclusiuam seqt̃ vl'is de terminis transpositis ita econtra. Et notanter dixi in regula ab exclusiua affirmatiua: qꝛ nisi eẽt affirmatia nõ sequit̃. nõ enī sequitur tantũ hõ nõ est aial: ꝗ oẽ aial est non homo. Nec etiam sequit̃. tantum non hõ nõ est aial ꝗ oẽ aial non est homo. Similiter notanter dixi in rectis: qꝛ in obliquis non sequitur. non enim sequitur. cuiusiz clerici est asinus: ꝗ tantuz asinus est clerici. Nec etiaz sequit̃. tãtũ cuius est asinus est clericus. Nam posito ꝙ quilz clericus haberet vnũ asinũ et cuz hoc vnũ bouem et cũ hoc quilibz laicus. añs esset verũ et ꝓñs falsuz. Nec etiã econtra. tantũ asinus ẽ clerici: ꝗ cuiuslibet clerici est asinus. vel sic tantum cuius est asinus ẽ cleric⁹: ꝗ cuiuslibet clerici est asin⁹. vtrobiꝫ añs põt esse verũ ⁊ ꝓñs falsum. Et pono sic exemplum de duplici ꝓñte vel añte exclusiue ꝟm duplicẽ opinionem de obliquo que est de ista dubitatione. vtruz obliquus possit esse subiectum ꝓpõis ꝛc. ¶ Septima regula. ¶ Quando dictio exclusiua additur termio significãti totũ integrale potest exponi dupliciter: scilz proprie et improprie. Verbi grã: tantum domus ẽ alba. expoit̃ sic proprie. domus est alba ⁊ nihil aliud a domo est album et ꝟm hoc dicta propositio ẽ impossibilis. Nã si dom⁹ est alba tunc aliqua ꝑs ei⁹ esset alba. sicut paries vel aliqua alia pars: et illa est alia a domo. Improprie autem sic exponitur. domus ẽ alba et nihil aliud a domo quod non est eius pars est album. et in illo sensu talis est possibilis. ¶ Octaua regula. Quando dictio exclusiua additur termino significanti numerum tunc potest exponi proprie et improprie. Verbi grã. tãtum tres homines sunt hic intus. proprie exponitur sic. tres homines sunt hic intus ⁊ nĩll aliꝭ a ꝛb⁹ hoīb⁹ sẽt ꝗ ĩt⁹ etiã sic exponẽdo dicta ꝓpõ est ĩpossibil̃. Si enī tres hoīes sẽt hic ĩt⁹ tẽ duo hoīes sẽt hic int⁹: ſz duo hoīes sẽt aliꝭ a ꝛb⁹ hoīb⁹: eo ꝙ duo hoīes sũt ⁊ ñ sunt tres hoīes. Improp̃e aũt exponit̃ sic. tm̃ tres hoīes sũt hic ĩt⁹. i. tres hoīes sũt hic ĩt⁹ ⁊ ñ plest h⁰ ẽ illõ qõ solz dici quãdo dictio exclusiua ponitur circa terminum significantem numerũ potest exponi gratia alienitatis. et tũc exponitur proprie. vel gratia pluralitatis: et tunc exponitur improprie. ¶ Nona regula est quando dictio exclusiua additur termino communi distributo habenti plura supposita. sicut dicendo. tantum omnis homo est risibilis tunc illa propositio potest exponi proprie ⁊ improprie proprie sic tantum omnis homo est risibilis id est omnis homo est risibilis et nihil aliud ab omni homine est risibile et sic predicta propositio est falsa. supposito ꝙ istius termĩ homo sunt actu plura supposita. Improprie vero sic. oīs hõ est risibil̃ ⁊ nihil aliud ab hoīe est risibile. ⁊ sic predicta ꝓpõ est vera

Sophisma.xxxvi. Est istud Tantum sortes calefit posito casu q̃ sortes calefiat et nihil aliud a sorte quod non fit pars eius.

¶ Tunc probatur sophisma. Sortes calefit ⁊ nihil aliud a sorte qd̃ non est pars eius calefit: g̃ ⁊c.

¶ Improbatur sophisma. Sortes calefit: g̃ pars eius calefit: sed pars sortis est aliud a sorte: g̃ non tantum sortes calefit.

set verum vt notũ est de se.ꝛ ꝓñs esset
falsum eo ꝙ eẽt vna affirmatiua cu=
ius subiectum pro nullo supponeret.
Confirmat adhuc posito ꝙ multa es
sent videntia et multa ceca sic tñ ꝙ
habeant alios sensus ꝑtervisum hec
ẽ vera videẽs ẽ sensatũ vt notum ẽ de
se ꝛ hec est flã cecũ est insensatum eo
ꝙ ad eam sequitur cec⁹ nõ habet ali
quẽ sensũ.mõ hoc est cõtra casum.nã

positum est in casu ꝙ nulla sint ceca quin habeãt alios sensus ꝑter visum ¶ Istud sophisma ponitur ad finem vt videatur quõ in priuatiue oppositis valeat vel non valeat ꝛñtia in ipso. Pro quo notandus est ꝙ in diffinitione exprimente quid nominis termini priuatiui negatio põt precedere terminum significãtem habitũ sicut quidem v. debere fieri vel sequi sicut v. exemplũ cecum ꝑt diffiniri sic. cecũ est res nõ hñs visum que ẽ aptũ natum hr̃e visum. ⁊ sic negatio precedit li visum significantem habitum. vel sic potest diffiniri. cecum ẽ res visum non habẽs que tamen apta nata est habere. ⁊ sic negatio sequitur li visum significantem habitum. Similiter dicendum est de isto termino priuatiuo insensatum ⁊ similibus. Tũc ponuntur propositiones. ¶ Prima est. si in diffinitione exprimente quid nominis termini priuatiui negatio intelligitur ꝑcedere terminũ significantẽ habitum in priuatiue oppositis nõ valet consequentia in ipso qꝛ licet videns sit sensatum tñ ꝓpter hoc nõ sequitur ꝙ cecũ sit insẽsatum quia illa propõ secundum talem ordinem negatiõis est falsa. eo ꝙ ad eã sequitur cecum nõ hr̃e sensum. et illa ẽ falsa ista exñte vera cecum est sensatum vt pri⁹ arguitur in rõe post oppositum. ¶ Secunda ꝓpositio est ista si indiffinitione exprimente quid nominis termini priuatiui negatio intelligitur sequi terminũ significantẽ habitum in priuatiue oppositis bene vz consequentia in ipso. qꝛ bñ sequitur vidẽs est sensatum: ꝯ cecum sensum nõ habet: dum tñ obseruatur cõstantia subiecti ꝛñtis vnde sic intelligendo negationem sequi terminũ significantem habitum ista cecũ est in sensatum vz istam cecum sensum nõ habet. Ex istis duabus sequitur quo° respondendum est ad sophisma: qꝛ iuxta primam propositionez sophisma ẽ negandum. ⁊ iuxta secdam ẽ concedendum istud sophisma. similiter soluẽtur ⁊ alia sophismata sillia. s. si tangibile est sensibile tũc itãgible ẽ insensibile. ¶ Tertia propositio est. si indiffinitione exprimente quid nominis termini priuatiui negatio intelligitr̃ precedere terminum significantem habitum in priuatiue oppositis bene valet ꝛseqn tia econtrario. sicut bene sequitur. sortes ẽ videns: ergo sorꝛ est sensatus. ita sequitur sortes est insensatus: ergo sortes est cecus. qꝛ tunc li insensatus est idem ꝙ non habet sensum. mõ bene sequitur sortes non habet sensũ: ꝯ sortes est cecus.

¶ Quarta propositio est. si in diffinitione exprimente quid nominis termini priuatiui negatio intelligitur seq̃ terminum significantem habitum in priuatiue oppositis. non valet consequentia econtrario. patet qꝛ lz videns sit sensatum nõ tñ propter hoc insensatum est cecum. qꝛ posito ꝙ aliquis careret sensu auditus ⁊ haberet sensum visus tunc talis nõ esset insensat⁹ secundum talem situm negationis qꝛ sensum non haberet non tñ esset cec⁹.

Sophisma.xciii.

Est hoc Si duplum est multiplex: sub duplum est submultiplex.

¶ Probatur virtute consequentie in ipso que nõ solum tenet in contrarijs ⁊ priuatiue oppositis verumetiam in relatiue oppositis qualiter est in proposito.

¶ Improbatur. Nam si sophisma esset verum virtute talis consequentie consimiliter hec esset vera. si sensibile est intelligibile sensus est intellectus. quia sicut duplum ⁊ subduplum multiplex ⁊ submultiplex opponuntur relatiue. ita sensibile ⁊ sensus ⁊ similiter intelligibile ⁊ intellectus

¶ Istud sophisma ponitur vt videatur quomodo in relatiue oppositis valeat consequentia in ipso Pro quo notandum est ꝙ consequentia in ipso

in relatiue oppositis potest imagina-
ri.vnomodo rōne terminorū ad termi-
nos sicut hic duplum est multiplex:g
subduplum est submultiplex.Alio° ra
tione propōm ad ppōnes sicut hic.si
duplum ē:multiplex ē:g si sub duplus
est submultiplex est.¶Secundo nota
q ad hoc q in relatīe oppositis vale-
at ꝓña in ipso q̄ttuor requirūtur cōdi
tiones.¶Prima ē.q predicatio non
sit accñtalis sed per se.propter quem
defectū non sequitur.pater est seruus
g filiꝰ est dñs:quia hic nō est p̄dicatio
per se sed per accñs.Silr propter de-
fectnm eiusdē cōditionis non sequit
capitatum est caudatū:g caput ē cau
da hec eī nō est per se sed p accñs.ca-
pitatum est caudatū.¶Secunda con-
ditio.q duo correlatiua vnius oppo-
sitiōis nō contineātur sub vno corre-
latiuo alterius oppositionis ppt cu-
ius defectum non seq̄tur.sensibile est
intelligibile:g sensns est intellectus.
quia sub li intelligibile cōtinentur tā
sensus q̄ intellectꝰ q̄ etiam sensibile
silr ppter defectum istius cōditionis
lz sequatur hoc ē magnū:g hoc est to
tum.tñ non sequit hoc ē paruū:g hoc
est pars.Nam ista duo correlatīa ma
gnum et paruū continentur sub li to
tum ¶Tertia conditio est.q termini
supponent pro aliquo et propter defe
ctum istius conditionis non sequit in
casu possibili.pauci scholares sūt pre
sentes:g multi sunt absentes.Nā po
sito q non sint multi scholares:et q
de his scholaribꝰ paucis qui sūt:pau-
ci sunt presentes hec est vera. pauci
scholares sunt presentes ista exñte fal
sa.multi sunt absentes.ex eo q est af-
firmatiua cuiꝰ subiectū p nullo sup-
ponit.Sed cōtra hoc tu argueres sic
multum et paucū sunt correlatīa. Sz
posito vno correlatiuorū ponitur ⁊ re
liquuz.g si pauci sunt multi sūt.⁊ per
ꝓñs in correlatiuis nō videtur valere
q vnum correlatiuorū suppōat ⁊ reli
quū non.Rñdetur q nō oz positovno
correlatiuoꝝ q ponatur reliquū vtro
biq mediante hoc verbo est:quia nō
sequitur scibile est:g sciētia eiꝰ est:sed
bñ mediante hoc verbo est vel pōt vl
fuit vel erit.et ideo lz nō sequat.pau
ci sunt g multi sunt.tñ sequitur.pau-
ci sunt:ergo multi pñt esse.¶Quarta
conditio.q termini correlatiui oppo-
siti in quibꝰ arguitur sint per se et p
prie in predicamēto ad aliquid ppter
defectum istius non vz argumētū.sē
sibile est intelligibile:g sensus est in-
tellectus.nec istud sensibile est scibile
ergo sensus est scia:qr isti termini sē-
sus/ sensibile/scia/scibile/ intellectus
intelligibile.non sunt proprie et per se
in predicamēto adaliquid.et intelligo
illos terminos eē in p̄dicamento ad
aliquid per se q̄rum eē est ad aliud se
hr̄e sicut isti termini.pater.filius.dñs
seruus.Unde eē patrem est esse ad ali
quid.et eē filium est eē adaliquid ⁊c.
sed sic non ē de istis terminis.sensus/
sensibile ⁊c.quia esse sensum non ē eē
adaliquid nec esse sensibile ⁊c. ¶His
visis dico q in relatiue oppōitis be-
ne vz ꝓña in ipso rōne.terminorū ad
terminos:et hoc obscuatis cōditioni-
bus.non enim appet instātia dictis cō
dicionibus obscuatis. ¶Ex hoc vlte-
riusdico q sophisma ēvex:quia in so
phismate nulla dictarum cōditionuz
deficit sed attendendo ꝓñam in ipso ī
relatiue oppositis.quo ad propōnes
dicendū ē consilr mō sicut dicebat de
propōnibꝰ cōtrarijs q̄ erant contrarie
rōne terminorum et non ratione mōi
enunciandi.

Sophisma.xciii.

Est hoc Si albū est coloratum:magis album est ma-
gis coloratū.et maxime albū ē maxīe
coloratū ¶Probatur auctoritate arſ.
secūdo topicorum.si simplr ad simpli
citer et magis ad magis ⁊ maximuz
ad maximuz.¶Im probat sophisma.
añs est veruz ⁊ ꝓñs falsū:g sophisma
est falsum.¶Secūdo sic.qr non sequi
tur potare est bonuz:g magis potare
est magis bonum.et maxime potare

est maxime bonum. Similiter falsum ē q̃ si homo ē aīal q̃ magis homo sit magis aīal ꝛc. sikr falsū est q̃ si albū est dulce magis album est magis dulce et q̃ maximum album sit maximum dulce.

¶ Ad sophisma rñdetur q̃ ipsuz ē falsum. et pro regula aristotelis dico q̃ ipsa est vera obseruatis tñ aliquibus conditionib⁹. Quarū prima est hec. q̃ vterq̃ terminorum recipiat cōparationem. et propter defectum isti⁹ falsum est q̃ si album est coloratū q̃ magis album est magis coloratum quia licet li albū recipiat comparationē nō tñ coloratum. ¶ Secūda cōditio est q̃ in propositiōe in qua p̄dicatur positiuus de positiuo sit predicatio per se sicut proprie passionis de suo proprio subiecto. et propter defectum istius ñ sequitur. album est dulce: ergo magis album est magis dulce. nec sequitur potare est bonum: ergo magis potare est magis bonū. nec sequitur albuz est extensum. ⁊ magis album est magis extensum. nec sequit̄ calidū est sanum: ⁊ magis caliduz est magis sanū quia in omnibus istis non est predicatio per se positiui de positiuo sicut p̄ prie passiōis de suo subiecto. Istis autem conditionib⁹ obseruatis vna cuz constantia terminorū regla arſ. bene habet veritatem. et ideo bñ vez est si albū disgregat visum: magis albū magis disgregat visuz. ⁊ maxīe albū maxime disgregat visum.

Sophisma xciiii

est h⁰ Si aliqua propō est falsior ista. deus est deus tunc ista est falsa. deus est deus

¶ Probatur ex eo q̃ si aliqua comparantur in aliquo illud in quo cōparantur ad inuicē debet cōuenire vtriq̃ comparabiliū. et iō sequit̄: si aliq̃ p̄ positio cōparatur huic. deus est deus in flītate. opz q̃ flītas ꝓueniat vtriq̃ et sic conueniet isti. de⁹ est de⁹. et per ꝓñs si aliqua ē falsior ista ipsa ē. vera.

¶ Improbatur sophisma. aīs pōt esse verum ꝓñte exñte falso: ⁊ sophisma ē falsum. ꝓña tz assumptuz p̄bat̄. Prio enim pz q̃ aīs sophismatis nō sit falsuz. et alia pars probat̄. Ma vel aliq̃ ē falsior illa vel nulla. si aliqua habetur propositum. si nulla: arguitur sic. ista deus est deus est. et nulla p̄pō ē falsior ea: ⁊ videtur q̃ ipsa sit falsissima cōsequēs ē falsum. ⁊ cōfirmat̄ assūptum Nam ista de⁹ nō ē: est falsior ista: de⁹ ē non tñ hec est falsa. deus est.

¶ Ad sophisma rñdetur q̃ ip̄m ē verū intelligēdo fm cōpationē propam et nō abusiuam. Et qñ dr̄. vel aliqua est falsior ea vel nulla. dico q̃ nulla ⁊ qñ dicit̄: ⁊ ip̄a ē falsissima: negat̄ ꝓñtia. sed ad hoc q̃ talis ꝓñtia valeat oz sic arguerere. nulla ē falsior ista. de⁹ ē deus. et hec ē falsa: de⁹ est de⁹: ⁊ ipsa est falsissima. sed tūc secūda ps aīs esset falsa. ¶ Ad confirmationez dicit̄ negando q̃ ista. de⁹ nō ē fit falsior ea propter hoc q̃ tūc oporteret eā eē falsam: scz deus est deus. Iuxta istā propositionem cōcederē istas p̄pōes: scz q̃ nihil ē calidius frigidissimo. ⁊ q̃ nihil est frigidius calidissimo. et nihil ē peius optio. et nihil est meli⁹ pessimo et sikiter q̃ deus non ē melior diabolo. diabolus nō ē peior deo. Sikit̄ nihil est inferius sup̄mo. et nihil ē superius infimo. sikiter q̃ linea nō est longior puncto. nec superficies est latior linea. nec corp⁹ ē profundi⁹ superficie ⁊ sic de multis alijs quas tñ oēs enūerare eēt nimis plixum. Et si opposita taliuz p̄pōm cōcedāt̄ ab auctorib⁹ h⁰ non est fm comparationē p̄priā sed abusiuam.

Sophisma xcv.

Est istud. Si albedo addita corpori facit ipsum album: albedo est alba. ¶ Probatur sophisma. auctoritate arſ. secundo thopicorum. Si aliquid additum alteri facit ipsum tale ipsum est tale. sicut si a adduz ipsi b facit ipsum bonum: tunc a est bonum

¶ Improbatur sophisma. aīs est ve-

rum et ꝓ ñs falsum: ꝫ sophisma ē falsum. licet enim albedo addita corpori facit ipsum album. tamen albedo non est alba: sed est illud quo formaliter est album. Si enim albedo esset alba: tunc esset res habens albedinem. ꝓseq̃ntia tenet per locum a descripto ad descriptionez. sed si haberet albedinem. tunc seipsam vel aliam. non seipsam: quia nihil habet seipsum. Nec aliam: quia tunc accidens esset subiectum accidentis et accidēs esset substantia quod est falsuz. omne enim quod subijcitur accidenti est substantia. Secundo. Nam in simili falsum est. si anima addita corpori facit ipsum animatum: ergo anima est animata. Nā añs est verum et ꝓñs falsum. Similiter licet aqua frigiga addita calci facit ipsam calidam: tamen aqua frigida non est calida Similiter aqua calidissima addita frigide facit ipsaz tepidam: tamen ipsa aqua calidissima non est tepida.

¶ Ad sophisma respondetur ꝙ ipsuz est falsum. Sed pro auctoritate aristotellis et regula dico ꝙ ad hoc ꝙ habeat veritatem due conditiones requiruntur ¶ Prima est ista ꝙ illud quod apponitur alteri non sit forma substātialis nec accidentalis eius cui apponitur: sed ambe sic se habeant ꝙ vtrū ꝫ eorum erat seorsum existens anteq̃ vnum eorum erat prepositum alteri ⁊ propter defectum istius conditionis nō sequitur. albedo addita corpi facit ipsum albū: ergo albedo est alba: quia albedo est forma accidentalis corporis. Similiter propter defectuz istius conditionis non sequitur. anima addita corpori facit ipsum animatum: ꝫ animal est animata: quia anima est forma substantialis animati et neutruz illorum: scilicet nec anima nec albedo erat ante additionem seorsum existens sine illo cuius est forma substantialis vel accidentalis. ¶ Secunda ꝙ illud qd opponitur alteri sic se habeat ꝙ per solam appositionem et non per alterationem que fit mediante actione et passione appositi et illius cui fit appōitio reddatur illud tale cui fit appositio. et propter defectum illius cōditionis non oportet ꝙ licet aqua frigida apposita calci reddat ipsam calidam ꝙ ergo aqua frigida prius erat calida. nam aqua frigida non reddit calcem calidam per solam appositionem sed per alterationem que fit mediante actione ⁊ passione aque frigide et calcis ad inuicem. Istis conditionibus obseruatis bñ propositio habet veritatem: quia si a additū b facit ispuz eligibile: a ē eligibile. ⁊ si a additum b facit ipsum bonum: a est bonū

Sophisma xcvi.

est hec Si a ⁊ b addunt: c: et a reddit c magis bonum q̃ b reddat ipsum. tunc a est magis bonum b

¶ Probatur sophisma per illam maximam scundo topicorum. propositis duobus bonis quoz vtrūq̃ addat eidem tertio bono illō quod reddit tertium bonum melius illud est melius

¶ Improbatur sophisma sic. si serra ⁊ falx addantur arti fabrili serra addita ad artem fabrilem reddit meliorez q̃ falx. et tamen serra non est melior falce. vnde faber ad operandum preelegit serram cum arte fabrili q̃ falcē pro eodem.

¶ Ad sophisma respōdetur ꝙ ipsum. est falsum vt probauit secunda ratio

¶ Ad regulam aristotelis dico sicut aristoteles dicit in secundo thopicorum ꝙ debet modificari. si neutrū illorum duorum bonorum sit instrumētum tertii ꝙ fit a ppositio. qua modificatione apposita habet regula veritatem. modo propter defectum illius conditionis ⁊ modificationis deficit argumētum iā factū: scz serra addicta arti fabrili facit ipsam meliorez

q̃ falx addita eidem: g̃ serra est melior falce. ¶ Dicendũ est q̃ non sequtur quod vnum istorum: scilicet serra ē instrumentum tertij boni cui additur scilicet arti fabrili.

Sophisma. xcvii. Est hoc. Si ethiops est albus secundum dentes: ethiops est albus. ¶ Probatur sophisma auctoritate aristotelis circa finem secundi topicorum dicentis. ¶ Quando etiam contingit inesse alteri fm q̃d aut fm vbi: aut fm quãdo etiam contingit eidem inesse simpliciter: Ex quo dicto expositores volunt habere ꝓñtiam a dicto fm quid ad simpliciter esse bonam: conditionibus obseruatis q̃ statim sequuntur: sed in sophismate nõ est argumentatio a fm quid ad simpliciter: g̃ sophisma est verum ¶ Im probatur sophisma sic. sophisma est vna cõditionalis cui⁹ añs ē verum et ꝓñs falsum: g̃ sophisma est falsum ¶ Ad sophisma rñdetur q̃ ipm ē flm̃ et pro aristotele et expositoribus dico q̃ ipsi volunt ꝓñtiam a scõm quid ad simpliciter valere qnattuor conditionibus obseruatis. ¶ Prima est si determinatio vel dispositio sit nata conuenire tam toti q̃ parti: si attribuit toti rõe partis et scõm quã partez totũ nõ est natũ denomiari male arguit a scõm quid ad simpliciter. et propter hoc nõ sequtur. sortes est albus scõm dẽtes: g̃ est alb⁹. hec enim albedo q̃ nata est cõuenire tam sorti q̃ partib⁹ ei⁹ attribuit sorti eo q̃ in est dentibus sortis rõe q̃rum non est innat⁹ denoiari totaliter sortes. ex eo eniz q̃ dẽtes sortis sũt albi ñ dicim⁹ sortem esse albũ. ¶ Nihilominus si aliqua dispositio attribuere tur toti eo q̃ inesset parti alique que innata esset denomiare totũ bene valeret ꝓñtia a scõm quid ad simpliciter. vt si sic arguitur. sortes ē crispus scõz caput: g̃ sortes est crispus. nam ex hoc q̃ crispitudo inest capiti sortis denotat sortem esse crispum. ¶ Secunda conditio est. si termin⁹ cui apponitur determinatio proprie sit dictus equiuoce non tñ a voluntate ñ vz ꝓñia a secundum quid ad simpliciter seu a termino sumpto cũ determiatione ad eundem seu oino silez sumptũ sine determinatione. ⁊ propter hoc non sequit sortes est naturaliter castus: g̃ sortes est castus q̃ ille termin⁹ castus dict⁹ est nõ equiuoce de hñte habitum castitatis et illo q̃ inclinatus ē et disposit⁹ est ad illum habitum. mõ sicut ñ sequit. sortes ē inclinat⁹ ad castitatem: g̃ sortes est castus. ita nec sequitur sors ē naturaliter castus: g̃ sortes ē cast⁹: q̃ naturaliter castus iõ ē q̃ inclinatus ad castitatem. ¶ Tertia cõditio est si determinatio addita termino trahit ipsum ad supponendum p̃ alijs q̃ supponeret sine determinatione tũc non bene arguitur a scõm quid ad simpliciter. et iõ nõ sequitur. aristoteles est homo mortuus: g̃ arj. est hõ: q̃ in añte li hõ trahitur ad supponendum p̃ hoib⁹ mortuis per li mortuus p̃ quibus nõ supponit in illa aristo. est homo ¶ Propter idez nõ sequit antichrist⁹ ē hõ generãdus: g̃ antichist⁹ est hõ. silr nõ sequit expedit cibis frigidis ĩ estate ergo expedit vti cibis frigidis. ¶ Quarta cõditio est Quando dictum simpliciter ⁊ sua determinatio nata sunt esse due determinationes alicuius tertij non valet arguere a secundũ quid ad simpliciter. et propter hoc non sequitur. sortes est monachus albus ergo sortes est albus. nec sequitur sortes est magnus clericus: ergo sortes est magnus: quia illa duo albus monachus possunt esse determinatiões alicuius tertij et propter hoc non bene arguitur ab illis duob⁹ ad vnum eorum seorsum Istis impedimentis amotis valet arguere a scõz quid ad simpliciter per locum a parte in modo ad suũ totum et hoc intellexit aristoteles. ⁊ sic finitur sophisma pñs

¶ Nunc in hac parte restat ponere sophismata de differt/de non idem/

et de aliud ꝛc. Hec oia includunt negationes virtute cuius confundũt distributiue terminos sequentes si sint distribuibiles nisi aliud sincathegoreuma superueniens ipediat qd̃ notanter addo propter tales ꝓpositões. oīs homo differt ab omni hoīe. qꝛ licꝫ in ea ly hoīe sequatur hoc sincathegoreuma differt non tm̃ propter hoc stat confuse distributiue mobiliter bn̄ tm̃ sic staret nisi hoc sincathegoreuma oīs impediret. Juxta illam regulã. oē mobilitans immobilitatũ ꝛc. qꝛ oē sincathegoreuma adueniẽs termio stanti immobiliter eũ facit stare mobilit̃ Jnueniẽs terminũ stãtem mobilit̃ illum facit stare immobilit̃. ita ꝙ sincathegoreuma trahens terminũ ĩmobilitatum ad ĩminũ mobilitatũ trahit ad immobilitatẽ. Diceres ergo ex q̃ ĩ dicta ꝓpõe oīs hõ differt ab oī hoīe ly hoīe non suppõit distributiue mobiliter quõ supponit? Dico ꝙ suppo nit confuse tm̃. Sꝫ diceres cõtra tunc dicta ꝓpõ eēt falsa qd̃ ē falsum: qꝛ cõiter cõceditur. ex quo vꝫ istã. oīs hõ nõ est oī homini idem. que est ꝛ̃ vavl̃ istaꝫ q̃ saltẽ sequitur ad eã. oīs hõ nõ ē oīs homo. sed ꝯña ꝓbatur: qꝛ si dictus terminus puta ly homini supponeret cõfuse tm̃ tunc per actores diffinientes suppositionem ꝯfusaꝫ tm̃ valeret sub eo descendere ad eius supposita disiunctim̃ seu per ꝓpositõem de disiuncto extremo sic. oīs hõ differt ab omni homine. ꝯ omīs hõ differt ab isto vel ab isto hoīe. mõ ꝓma ē falsa ex eo ꝙ oīs homo est iste hõ vel iste vel iste homo ¶ Ad hoc rñdetur negando ꝯñtiam Ad probationem qm̃ dicitur per actores diffinientes ꝛc. Dico ꝙ actores nõ comuniter diffiniunt sufficienter suppositionẽ confusam tantum diffinientes eam sic. ¶ Suppõ confusa tantuꝫ ē ꝛ̃ virtute cui? sb̃ terio sic sumpto vꝫ descensus ad sua supposita per propõeꝫ de disiuncto extremo: sed oꝫ addere vel de copulato extremo. quo addito suppositio confusa tantum sufficiẽter diffinita est. mõ dico ꝙ licꝫ in ista propositiõe oīs hõ differt ab omni homīe non põt fieri descensus sub ly homīe ad eius supposita disiũctim tm̃ bn̄ copulatim. vm̃ si oīs hõ differt ab omni hoīne tunc oīs hõ differt ab isto et ab isto hoīe et ab isto hoīe. ꝛ illa est vera sꝫ hec oīs homo nõ est iste et iste ꝛ iste homo. nec ad illã seq̃tur. omīs hõ differt ab isto hoīe. sicut nec seq̃tur forma nõ est materia ꝛ forma: ꝯ forma nõ est forma. His visis sit istud.

Sophisma. xcviii.

Sors differt ab animali. ¶ Probat̃ sortes differt ab asino: ꝯ differt ab aīali ꝯña videt̃ tenere ꝑ locuꝫ ab inferiori ad superius affirmatiue. añs ptꝫ de se.

¶ Secundo sic. ab aīali differt sors ꝯ sortes differt ab aīali ꝯña videt̃ tenere ꝑ cõuersionem. añs pꝫ: qꝛ ab asino qui est animal dr̃t sortes. ¶ Tertio sic. sortes differt ab omni animali: ꝯ sortes differt ab aīali. ꝯña videtur tenere: qꝛ hic arguitur a termio stãte cum distributõe ad eundẽ terminum non distributuꝫ. añs probatur. qꝛ sortes nõ est oē aīal. ꝯ sortes differt ab oī aīali. ¶ Quarto sic. sortes differt ab animali quod est asinus: ꝯ sors dr̃t ab aīmali et illud est asinus. ꝯseq̃ntia tenꝫ eo ꝙ ly qd̃ exponitur perꝛ: ꝛ illud. ꝛ vltra sortes dr̃t ab aīali et illud est asinus: ꝯ dr̃t ab animali. ꝯña tꝫ a copulatiua ad alteraꝫ eius partẽ. añs notũ ē de se. ¶ Quinto sic: sortes differt ab aīali a quo nulluꝫ aīal dr̃t: ꝯ sors differt ab aīali ꝛ ab illo nullũ animal differt. ꝯña tꝫ vt prius eo ꝙ ly a quo exponitur per ly et ꝛ ab illo. et vltra sortes differt ab aīali et ab illo nullum aīal differt: ꝯ sors dr̃t ab aīali cum teneat a tota copulatiua ad alteram eius partem. añs ꝓbatur. nã sortes ē ꝛ sortes non est animal a q̃ nullum animal dr̃t: ꝯ sortes differt ab aīali a q̃ nullum aīal differt. ꝯña tꝫ añs ꝓbat̃ quãtũ ad primã eiꝰ partẽ manifestuꝫ est: sꝫ quãtũ ad secundã eius partem

probatur. naz illa est fa sortes est aial a quo nulluz aial differt: g hec est va sors non est aial a quo nullū aial drt. ¶ In oppositū arguitur. nā sequitur sortes drt ab aniali: g sortes ē et anial est et sortes nō est aial: sed hoc ē fm ꝓntia tenet: quia illa habet ita exponi de drt. ¶ Secundo nam sequitur sors drt ab aliq aniali: g sortes drt ab hoc aiali demonstrando sortē. ꝓntia tz eo q ly differt confundit tminū distribuibilem sequentem se confuse et distributiue nisi aliquod sincathegoreuma impediat vt pri dicebat. mō hic non est aliqd sincathegoreuma impediēs ⁊ sequitur vltra sors differt ab hō aiali demonstrando sortem: g sortes drt a sorte et per ꝓns idē differt a seipso quod est falsum.

¶ Ad sophisma respondetur q ipsuz est falsum. ¶ Ad rationes dicitur

¶ Ad primam quando dicitur sortes differt ab asino. g sortes drt ab animali negatur ꝓntia. ad pbationem ꝓne dico q benevalet ꝓna ab inferiori ad superius dum nō arguitur negatiue nec cum termino includente negationem. modo sic non est in proposito: qz hic arguitur ab iferiori ad superi cū isto termino drt qui includit negationem. ¶ Ad secūdā cū dicit. ab aniali differt sortes: g sortes drt ab animali negatur ꝓna Et qñ probat: dico q non sic cōuertitur: sed sic. aliquid a q drt sortes. est anial. ¶ Ad tertiā negatur ꝓna. ⁊ causa est: qz i ante iste tminus anial stat confuse tm vt ptz ex dictis et in ꝓnte stat distributiue mobiliter. mō non vz ꝓna a nō stāte confuse tm ad eundē stantē ꝓfuse ⁊ distributiue mobiliter. ⁊ ex hō pz ad pbationem ꝓne: qz hic nō arguitur a ñ stāte distributiue ad eūdem stantē nō distributiue: immo magis ecōtrario. ¶ Ad qrtā negatur ꝓna et cōcedit ans ⁊ rō negationis ē: qz in illa. sors drt ab aniali quod est asinus: aial distribuitur solum pro asinis eo q ad sic supponendum restrigitur per hoc q habet q ē asinꝰ. sed in ista. sortes differt ab aiali ⁊ illud est asinus ly animal distribuitur pro oibus aialibus. Ad probationem autē dico q ly quod non habz semper exponi per ly et illud. et maxime in ppositionib ī quibus refert terminum distribuibilē sequentē negationem: vel terminū negationē includentem sicut est in pposito. ¶ Ad quintam rndetur similiter.

Sophisma. xcix.

Est istō. oīs homo differt ab homine. ¶ Probatur sophisma omnis homo differt ab aliquo homīe ergo omnis homo differt ab homine consequentia tenet a superiori distributo ad inferius distributum. Antecedens patet: quia sortes differt ab aliquo. et similit plato differt ab aliquo et sic de alijs: ergo omnis homo differt ab homine. ans probatur: qz nisi sors differret ab aliquo videretur q sortes esset oē ens qd ē falsum. ¶ Secundo. oīs hō ab hoīe differt: g omnis homo differt ab hoīe. ꝓna videtur teneri: qz termini transpositi idē significāt. ans probatur. nam oīs hō est et oīs homo hō non est: g oīs hō ab hoīe differt. ꝓntia tz ab exponentibus ad expositam. et prima pars antis nota est de se. et secunda pbat inductiue sic. sortes hō nō est. et plato homo nō est ⁊ sic de alijs: g oīs homo hō nō est ꝓna tz et ans probatur. Naz si aliqua de dictis singularibus essz falsa esset ista. sortes hō nō est. probo q ipsa sit vera sic. nam sortes plato non est ergo sortes hō non est ꝓna tz ab iferiori ad superius postposita negatione cū constantia subiecti. ¶ Et confirmatur hec est falsa. sortes quilibz homo est: g sua contradictoria ē vera. s. sors nō quilibet hō est. et vltra. sortes non q libz hō est: g sortes aliquis hō non est ꝓna tz: qz nō quilz et aliqs non equalent. ¶ Tertio sic oīs hō ab omni homine differt: g oīs homo drt ab hoīe cōseqntia tz ex eo q tantuz significat vna quātum significat et alia. ⁊ ly ho

mine distribuitur in vna sicut in alia
añs ꝓbatur.nã sortes ab hoĩe differt
et plato ab oĩ homĩe dr̃t et sic de alijs
g̃ omnis hõ ab oĩ hoĩe dr̃t.ꝓña tz per
inductionẽ.añs probatur.hec est falsa
sortes ab oĩ hoĩe non differt:g̃ ꝓtradi
ctoria eius est vera.s.sortes ab oĩ ho=
mine differt.assũptũ ꝓbatur:qꝛ si sor=
tes ab omĩ hoĩne non differret tũc sor
tes a platõe non differret.qd̃ est falsuz
Sed q̃ predicte ꝓpositiones sint con
tradictorie ꝓbatur :qꝛ participãt vtro
q̃ terĩno ꝛ ambe sunt singulares vna
affirmatiua et altera negtiua
¶ Quarto ab aliquo homĩe quilibet
homo differt.et non est maior ratio ō
vno q̃ de alio:g̃ ab oĩ homĩe quilibet
homo differt.et vltra ab oĩ hoĩe quili
bet hõ differt.g̃ oĩs hõ dr̃t ab omni ho
mine.añs ꝓbatur.nã ab aliquo homi
ne iste hõ dr̃t.et ab aliquo homĩe iste
homo differt ꝛ sic de alijs.g̃ ab aliquo
homĩe oĩs homo dr̃t. ¶ Improbatur
oĩs homo dr̃t ab homine.g̃ oĩs hõ nõ
est homo.ꝓñs ẽ falsum g̃ ꝛ añs.ꝓña tz
ex eo q̃ li differt includit istaz negatio
nem non.¶ Secũdo sic.si oĩs hõ dif=
ferret ab homĩe tunc oĩs homo differ
ret a seipso quod ẽ falsum ꝓñtia tz ex
eo q̃ li homine supponit confuse di=
stributiue mobiliter.
¶ Ad sophisma rñdetur q̃ ipm ẽ fal=
sum¶ Ad rationes.¶ Ad primam ne
go añs.et qñ dr̃ sortes differt ab aliq̃
nego.nam tunc sortes nõ eẽt aliquid
Et qñ dicitur.si sortes nõ differret ab
aliquo/sortes eẽt omne ens:negatur
ꝓña.Unde ad veritatem istius.sortes
non differt ab aliquo:suppõito q̃ sor=
tes sit.sufficit q̃ sortes aliquid sit cuz
quo bene stat q̃ sortes aliquid non sit
¶ Ad secundã conceditur añs.sed ne
gatur ꝓña ꝓpter hoc q̃ in añte iste ter
minus homĩe supponit ĩmobiliter.in
ꝓñte autẽ vbi sequitur hoc verbũ dr̃t
supponit mobiliter virtute negatio=
nis inclusẽ in li differt.Et qñ dicitur
nomĩa et verba trãsposita ꝛc.verũ est
nisi sit aliud sincathegoreuma impe=
diens.vel aliter.bene verum est q̃ ĩõ
significant sed non eodem modo
¶ Ad tertiã qñ dicit.oĩs hõ ab omni
homine dr̃t:negat illa.Ad ꝓbationẽ
sortes ab omni homĩe differt:negatur
Et qñ dicitur cõtradictoria eiꝰ ẽ falsa
scz ista.sortes ab omni homĩe nõ dif=
fert.dicitur q̃ illa nõ est eius cõtradi
ctoria propt̃ hoc q̃ terminꝰ distribu=
tus in vna cõtradictoriarum debet ñ
distribui in alia.mõ sic non est in pro
posito:qꝛ iste terminus hoĩe ĩ vtraq̃
distribuitur:contradictoria g̃ huiꝰ sor
tes ab omni homĩe dr̃t nõ ẽ ista .sors
ab omĩ hoĩe nõ dr̃t:sed hec.sortes nõ
ab oĩ homine dr̃t.ꝛ illa est vera.¶ Ad
quartam negat añs. Ad ꝓbatõez.ab
aliquo homine ꝛc.g̃ ab aliquo homĩe
quilz hõ dr̃t.negat ꝓña eo q̃ arguit
a pluribꝰ suppositõibꝰ determinatis
ad vnam eiusdẽ termini respectu eiꝰ
dem multidinis.ꝛ tũc nõ valet ꝓñtia
ista tñ bñ vz.ab aliquo homĩe iste dif
fert et ab eodẽ homine ꝛ sic de alijs:g̃
ab aliquo homine quilz homo differt
sed tunc añs est falsum.

Sophisma.c.

est hoc. Sortes ñ
differt nisi ab asi
no¶ Probatur.sortes differt ab asino
ꝛ non ab alio q̃ asino ergo sortes non
differt nisi ab asino ꝓsequentia videt̃
tenere ab exponentibus ad expositaz
añs quo ad vnam eius partem patet
de se:sed quo ad secundam probatur
Nam si sortes differret ab alio ab asi
no tunc differret a seipso:consequenti
a tz ex eo q̃ ipse est aliud ab asino.et
in ista.sortes differt ab alio ab asino li
alio ab asino distribuitur mobiliter vi=
tute negationis inclusẽ in li differt
¶ Improbatur sic si sortes non differ
ret ab asino:tunc sortes non differret
a capra.sed hoc est falsum.et cõsequẽ
tia nota est de se.
¶ Ad sophisma respondetur q̃ ipsũ
est falsum.
¶ Ad rõez dico q̃ nõ arguit ab expo
nẽtibꝰ ad expoĩtã:qꝛ ista.sors nõ dif=

fert nisi ab asino non exponitur vt dicebat. Sed exponitur sic. sortes dr̃t ab asino. ⁊ sortes a nullo alio ab asino dr̃t ⁊ illa secunda pars est falsa. qꝛ a multis alijs ab asino dr̃. licꝛ non differat ab alio ab asino.

Sophisma. ci Est hoc Nihil ñ idem animali ē homo. ¶ Probatur. quia eius contradictoriũ est falsum: ergo ip̃m est verũ tenet ꝯñia per legem cõtradictoriarũ Añs ꝓbatur. qꝛ eiꝰ cõtradictorium est istud aliquid nõ idem aĩali est hõ: ⁊ hꝰ est falsum. ¶ Improbat sic. Si nichil non idem aĩali est homo: tũc omne idẽ aĩali est homo ꝯñs est falsũ. ꝯñia probatur. qꝛ nihil nõ idem aĩali est hõ. et omne idẽ aĩali ē homo equipolent per illam regulam. Negatio preposita ⁊c Falsitas ꝯñtis ꝓbatur nam si omne idem aĩali esset homo: cũ asinꝰ sit idẽ animali tunc asinus esset homo

¶ Ad sophisma rñdetur ꝙ ipsum est verum sicut ꝓbauit p̃ma ratio. Ad ĩprobationem qñ dr̃ si nihil nõ idẽ aĩali. ⁊c. negatur cõsequẽtia. Et ad regulam equipollentiarum qñ dr̃. negatio preposita ⁊c. dr̃ ꝙ regula intelligit̃ de negatione negante ⁊ non infinitante mõ in ꝓposito negatio tenetur infinitanter.

Sophisma cii Est hoc. Sortes nõ ē aliud q̃ homo: ⁊ aliud q̃ animal.

¶ Probatur eiꝰ ꝯdictorium est flm̃: ergo ip̃m est verꝝ ꝯñia tenet. ⁊ añs probatur. Nam eiꝰ cõtradictoriũ ē istud. sortes ē aliud q̃ homo ⁊ aliud q̃ aĩal ⁊ hoc est falsum.

¶ Improbatur. nã sophisma videtur esse vna copulatiua cuius altera pars est falsa: ergo ip̃m ē falsum. cõsequentia tenet: ⁊ añs probatur. nam prima eius pars videtur esse ista. sortes non est aliud q̃ homo ⁊ illa ē vera. ¶ Secũda eiꝰ pars videtur eẽ ista. aliud q̃ aĩmal ⁊ illa videt̃ eẽ falsa. qꝛ sor̃s non est aliud q̃ animal sed ē idẽ animali.

¶ Ad sophisma rñdetur ꝙ ip̃m põt ĩtelligi vel quia sit cathegorica ꝯ copulato p̃dicato. tũc ei p̃dicatũ eiꝰ est hoc aggregatum aliud q̃ hõ ⁊ aliꝯ q̃ aĩal ⁊ sic sophisma ē verum sicut ꝓbauit prima ratio. Vel potest intelligi ꝙ sit copulatiua ⁊ sic ē falsum sicut probauit secunda ratio.

¶ Nunc restat ponere aliqua de comparatiuo. De quo sciendum est ꝙ comparatiuus non hꝛ virtutẽ distribuendi terim sequentem se nisi terim a se rectũ sicut ablatiuũ casum. ⁊ ideo cũ dico sortes est fortius aĩal q̃ plato li aĩmal nõ distribuitur ab isto cõparatiuo fortius. si tñ diceretur sor̃s ē fortior animali li aĩali distribuitur per li fortior.

Sophisma. ciii. Est istud Sortes est fortior homine posito casu ꝙ sint tres homines. s. sortes/plato ⁊ cicero. ⁊ sortes sit fortior platone. ⁊ cicero sit fortior sorte Tunc.

¶ Probatur sophisma sic. sor̃s est fortior platone. igitur sor̃s ē fortior hoĩe ꝯñia tenet per locum ab inferiori ad superius affirmatiue. añs patꝛ ex casu. ¶ Secundo sor̃s est fortior platone sed plato est hõ. igitur sortes est fortior homine. ¶ Tertio sortes ē fortior omĩ hoĩe. igitur sor̃s ē fortior hoĩe. añs probatur: nã sortes ē fortis ⁊ oĩs hõ ē fortis ⁊ nõ oĩs hõ ē ita fortis sicut sortes igitur sortes est fortior oĩ homine

¶ Improbatur sophisma. Si sor̃s est fortior hoĩe tũc sortes ē fortior cicerone qꝯ est contra casum. ꝯñtia tenet ex eo ꝙ in sophismate li hoĩe distribuit̃ qꝛ sequitur cõparatiuũ a quo regit̃. ⁊ ideo sub li hoĩe vꝛ descensus ad ciceronem ⁊ ad quẽcũq; aliũ hoĩem. Secundo eadeꝛ rõe sequit̃ ꝙ sor̃s eẽt fortior isto homine demonstrato ip̃omet sorte qꝯ est falsum quia nihil est fortius seipso.

¶ Ad sophisma respõdetur ꝙ ipsuꝛ ē falsum sicut ꝓbauerũt rationes iam facte. ¶ Ad alias respondeatur. ¶ Ad

primam sortes est fortior platone. igit sortes est fortior hoie. negat cõsequẽtia. Et qñ probatur per locũ ad inferiori ad superi⁹. dico q bene valet ad superius non distributum. sed nõ est sic in proposito. qr ĩ psequẽte li homine distribuitur. qui quidẽ termin⁹ est superius ad istuz terim platone positum in añte. ⁊ iõ non sequit sortes est fortior platone. igit sortes est fortior homine. licz bene sequat sortes ẽ fortior platone igit sortes hoie est fortior. ibi enĩ li hoie nõ distribuit. qr non sequitur: sz pcedit pparatiuuz. qui licet terminum sequentẽ ⁊ a se rectũ distribuat: nõ tñ terminum pcedentez. non enĩ agit ante se sed post se. ⁊ per cõsequens non distribuit terium pcedentẽ sed sequẽtem. ¶ Ad secũdam cũ dr sortes ẽ fortior platone et plato est hõ igit sors ẽ fortior hoie. negat pña bñ tñ sequit igit sortes est hoine fortior ¶ Ad tertiã sors est fortior oĩ homine igitur ẽ fortior hoie. negat pña pter hoc q in añte li homine nõ stat distributiue. mõ pntia nõvz a terio stãte immobilr ad eundẽ stantem confuse distributiue. q autem. li homie in añte stet immobilr pz ex eo q duo sincathegoreumata precedũt quorũ quodlz si se solo pcederet dictum terim mobilitaret ⁊ faceret stare confuse distributiue mobilr. igitur ambo sil dictũ terminũ immobilitãt per illã regulã. dc quid mobilitat immobilitatũ imobilitat mobilitatum.

Sophisma. ciiii.

est istud Aial qõ est debili⁹ musca est fortius omni animali. posito q sint duo animalia. s. a et b. ⁊ a sit aliqualiter forte min⁹ tñ forte q b ⁊ b sitr aliqualr forte tñ min⁹ q musca ¶ Probatur sophisma. b aial debilius est musca ⁊ est forti⁹ omĩ aiali igitur anial qõ est debili⁹ musca est fortius oĩ aniali. pntia tenet. antecedens quo ad primam ei⁹ partẽ notum est ex casu. sed quo ad secũdam partẽ pbatur sic. b anial ẽ aliqualr forte ⁊ oẽ anial est aliqualiter forte et non omne aial ẽ ita forte sicut b aial. igitur b aial est fortius omni animali.

¶ Improbatur sophisma si aimal qõ est debilius musca eẽt forti⁹ oĩ aniali multomagis musca esset fortior omĩ aiali modo hoc est falsum nã tũc esset fortior leone cum leo sit animal.

¶ Respondetur ad sophisma q ẽ verũ. ⁊ ad improbationem cũ dr tũc musca multomagis eẽt fortior oĩ aimali cõcedo. ⁊ cum dr tũc musca est fortior leone. negatur pña. pter hoc q ĩ antecedẽte li animali stat imobilr rõe duorum sincathegoreumatum pcedentium quorum quodlz si se solo eẽt dictũ terim mobilitaret si nullum aliõ sincathegoreuma impediret. ⁊ iõ ipsa ambo dictum terim imobilitãt virtute regule prius allegate. sed a supiori stante mobiliter ad suum inferi⁹ non vz pña. ⁊ iõ nõ sequitur musca est fortior oĩ aiali igitur ẽ fortior leone. bene tñ sequitur aial qõ est debili⁹ musca oĩ aiali est forti⁹ igitur leone ẽ fortius. sed tũc añs eẽt falsum ⁊ ideo magna est dra ponenda iter istas propõnes aimal qõ est debili⁹ musca. ẽ fortius omĩ aiali. ⁊ qõ est debili⁹ musca omni animali est fortius.

Sophisma. cv.

Est istud: Sol est maior q aliqua stella.

¶ Probatur sophisma sol ẽ maior q ista stella ⁊ sol est maior q ista stella ⁊ sic de singulis igitur sol ẽ maior q aliqua stella. Et confirmatur. sol est magnus ⁊ omis stella est magna ⁊ nulla stella est ita magna sicut sol igitur sol est maior q aliqua stella.

¶ Improbatur sophisma. nam sequtur sol est maior q aliqua stella: igitur sol est maior q ista stella. ⁊ ista stella ⁊ ista ⁊ sic sol esset maior q omẽs stelle simlr sumpte qõ est falsum

¶ Ad sophisma rñdetur q ipsum est verum supposito tñ q sol nõ vocetur stella. ¶ Ad improbationem sol ẽ maior q aliqua stella igit sol ẽ maior q

ista ⁊ ista ⁊ ista stella.negatur ꝛ̃ia pro pter hoc ꝙ in sophismate li stella stat distributiue.modo sub distributo nõ debet fieri descensus copulatim:sed copulatiue.Sed diceres.probo ꝙ in sophismate li stella stat immobiliter quia duo sincathegoreumata mobili tantia ipsuz precedunt.s.iste cõparati uus maior ⁊ li q̃.Respondetur ꝙ ista ratio bene probaret istum terminum stella stare immobiliter si quodlibz di ctorium sincathegoreumatũ se solo p̃ cedens istum terminum stella distri- bueret.mõ sic non ẽ ꝓpter hoc ꝙ iste comparatiuus maior si se solo p̃cede ret nõ distribueret ꝓpter hoc ꝙ ꝛpara tiu⁹ nõ distribuit nisi terminũ sequen tem et a se rectum sicut ablatiuuz ca- sum.mõ in sophismate iste terminus stella ẽ nomiatiui casus.⁊ nõ regitur a dicto cõparatiuo.igitur dictus com paratiu⁹ nõ habet vim distribuendi dictum terminum.sed q̃ insophisma te dictus terminus stet distributiue ẽ solum virtute hui⁹ sincathegoreuma tis q̃

¶ Hisvisis ponenda sunt sophismata in quibus ponuntur superlatiua ⁊ sit primum sophisma

Sophisma.cvi.

Decem sunt generalissima

¶ Probatur per aristotelem in p̃dica mentis.

¶ Improbatur.Dictum per superha bundantiam vni soli cõuenit sz li ge neralissimum cũ sit suplatiui grad⁹ et dictum per suphadũdantiaz igitur vni soli cõuenit.⁊ sicvidetur ꝙ solum sit vnum generalissimũ ⁊ nõ decem.

¶ Pro responsione sophismatis ⁊ ꝛsi miliuz ẽ sciendũ ꝙ suplatiu⁹ solet ex poni dupliciter.vnomdo affirmatiue alio⁰ negatiue.verbigr̃a de isto super latiuo generalissimũ si exponatur af- firmatiue tũc equiualet huic orationi in significando q̃libet aliud genera- lius.sed si exponatur negatiue tũc ex ponitur generalissimũ.i.nihil ẽ gene- ralius eo lz bene sit secum aliquid eq̃ generale.Ista distinctione posita di- co ꝙ si generalissima exponit affirã- tiue impossibile esset plura generalis sima esse.⁊ sic intelligitur auctoritas dictum ꝑ superhabundantiam vni so li conuenit.s.superlatiu⁹ affirmatiue expositus vni soli conuenit.si tamen generalissima exponatur negatie nõ ẽ inconueniẽs plura esse generalissia ⁊ sic debet exponi cum dr̃ decez eẽ ge neralissima·Ex his ptz quid sit dicẽd̃ ad soohisma et consimiles propõnes in quibus ponitur superlatiuus

¶ Nunc in hac pte ẽ dicenduz de hoc sincathegoreumate sicut quod etiam scõm logicos habet virtutẽ cõfundẽ- di distributiue terim distribuibilem sequentem.circa quod sit hoc.

Sophisma.cvii.

Sortes ẽ ita sapiens sicut aliquis homo posito ꝙ sint tres homi nes.s.sortes plato ⁊ cicero.⁊ plato sit equaliter sapiens cum sorte et sortes minus sapiens cicerone

¶ Probatur sophisma.Sor̃s ẽ ita sa- piẽs sicut plato igitur sor̃s ẽ ita sapi- ens sicut aliquis homo.ꝛ̃ia videtur tenere per locum ab inferiori ad supe rius affirmatiue.antecedens patz ex casu.¶ Secũdo.sortes ẽ equaliter sa- piẽs alicui hoi̇ igitur sor̃s est ita sapi ens sicut aliq̃s homo.añs pz ex casu ꝛ̃ia ꝓbatur.nã idem videtur esse eq̃- liter sapiens alicui hoi̇.⁊ ita sapiens sicut aliquis homo.

¶ Improbatur sophisma.Nã seq̃tur sortes ẽ ita sapiẽs sicut aliquis homo igitur sor̃s est ita sapiens sicut cicero ꝛ̃ns ꝛ̃ casũ.Sz ꝛ̃ia ꝓbatur ꝑ hoc ꝙ li sicut cõfundit mobiliter istum termi nũ homo sequentem ipsum.

¶ Ad sophisma rñdetur ꝙ ip̃m ẽ fal- sum.¶ Ad rões.Ad primã cũ dr̃ sor̃s ẽ ita sapiens sicut pl̃o:g̃ ẽ ita sapiens sicut aliq̃s hõ ꝛc.negatur ꝛ̃ia.⁊ pro re sponsione ei⁹ dico ꝙ non tenet locus ab inferiori ad superius affirmatiue qñ arguit̃ ad superi⁹ distributum q̃li- ter fuit impropositto. ¶ Ad aliam

iterum nego ꝓnam. Et p rñsione dico ꝙ non est idem equaliter sapiens alicui hõi ⁊ ita sapiens sicut aliqs hõ. qꝛ in prima oratione ly hoi nõ distribuitur. in secunda autez distribuitur virtute de ly sicut virtute cuius etiaz possit negari ꝙ hec propositio homo est anial significet sicut est. qꝛ ex quo ly sicut est distributiuum. tũc dicere hõ ẽ anial significat sicut est vz idem ac si diceretur hõ ẽ anial significat qualiter cunqꝫ est mõ hoc est falsuz. bñ tñ cõcedendũ est ꝙ ita sicut significat p istaz homo est aial ẽ qꝛ q̃litercunqꝫ significatur per istam homo est aial ita est

Sophisma cviii.

est istud sortes est ita sapiens sicut oĩs homo retento casu prioris sophismatis.

¶ Probatur sophisma. Sors est sapiens ⁊ oĩs hõ est sapiẽs ⁊ nõ oĩs hõ est sapiẽtior sorte. qꝛ pro ponitur secũ eq̃liter sapiẽs igitur sors ẽ ita sapiens sicut omis hõ: ꝓna tenet ab exponentibus ad expositam. añs pz ex casu.

¶ In oppositum arguit. Nam sequitur sors ẽ ita sapiens sicut oĩs homo igit sors ẽ ita sapiẽs sicut cicero. ꝓna ꝓbatur per hoc qꝛ a supiori distributo ad suũ inferius cũ constantia subiecti est ꝓna bona. mõ in añte hõ videtur esse distributũ. ⁊ ideo ab ipo ad ly cicero qd̃ est suũ inferius videtur eẽ ꝓna bona.

¶ Ad istud sophisma rñdetur ꝙ ipm est verum. ¶ Ad iprobationez cũ dicit sors est ita sapiẽs sicut oĩs hõ igitur. sors est ita sapiens sicut cicero. Negatur ꝓna. ⁊ pro probatõne ei⁹ dico ꝙ in sophismate ly hõ non distribuitur sed stat immobiliter virtute duoꝝ sincathegoreumatum ipm pcedentium quorũ quodlz seorsum dictũ terminũ distribueret. ⁊ sic ideo ãbo simꝫ immobilitant ipsum virtute regule prius allegate. Omne mobilitas immobilitatum immobilitat mobilitatum. sic igitur secũdũ precedẽs sophisma. ⁊ illud est concedendum ꝙ sors q̃ non est ita sapiens sicut aliquis homo est ita sapiens sicut oĩs homo.

Sophisma cix.

Est istud sors erit ita magn⁹ sicut plato erit magnus posito casu ꝙ sortes et plato nunc sunt equi magni. et ꝙ continue equaliter augeant vsqꝫ ad aliquod instans vel aliquod tempus exclusiue quod dicit primuz instans non esset vtriusqꝫ. Tunc arguitur. sic sors erit magnus et pto erit magnus ⁊ sors nõ erit maior q̃ plato erit magn⁹ nec pto erit maior q̃ sors erit magnus: g̃ sors erit ita magnus sicut plato erit magnus. consequẽtia tenet a simili naz si sortes est magn⁹ et plato ẽ magnus ⁊ si sors nõ sit maior q̃ plato sit magn⁹ et econtra tunc sors est ita magn⁹ sicut plato est magnus. Et si ita est cuz verbo de p̃senti tunc etiam videtur esse cum verbo de futuro.

¶ Improbatur sophisma. in nullo instãti sortes erit ita magnus sicut post illud instans sors erit magnus: ergo sortes nõ erit ita magnus sicut plato erit magnus: et qꝛ plus est sors non erit ita magnus sicut ipsemet erit magnus. ꝓna tenet virtute istius ꝙ ly sicut confundit distributiue mobiliter hoc verbum est sequens ipsum pro tẽpore futuro connotatũ per dictũ ⁊bũ

¶ Ad sophisma respondetur ꝙ ẽ falsum. Et ad rationem quando dicitur sortes nõ est maior ⁊c. concedo antecedens et nego ꝓntiam. pro probatione consequentie dico ꝙ non est sile cum arguitur cũ verbo de presenti cum hꝰ sincathegoreũate sicut ⁊ quãdo arguitur cum verbo de futuro cuz eodem Et rõ huius ẽ qꝛ arguẽdo cũ verbo de presenti p̃supponit aliquã esse maximam q̃titatẽ q̃ sors ẽ magnus ⁊ pto est magnus. sed arguendo cum ⁊bo de futuro vt prius arguebatur non supponitur ĩ antecedẽte ꝙ aliqua sit maxima quantitas qua sortes erit magnus: vel qua plato erit ma-

gnus qd̃ tñ requiritur ad hoc q̃ ꝑña talis valeat. cũ ſſlitudo rerum eadem rõe eſt negandũ. ſortes ita velocit̃ mouebitur ſicut ipſe mouebatur ſuppoſito q̃ ꝓtinue motus ſortis intendatur

¶ Nunc reſtat videre de hoc verbo caret qd̃ etiam confundit terminũ ſequẽtem ſe diſtributiue.

Sophiſma cx. eſt materia carz forma.

¶ Probatur ſophiſma. Nam materia ſortis carz forma aſini: ergo materia caret forma. ꝓñtia videtur tenere vt pri⁹ ab inferiori ad ſuperius antecedẽs notum eſt de ſe. Secundo materia forma caret: ꝯ materia caret forma. ¶ Tertio materia caret omni forma: igit̃ materia caret forma. ꝓbat̃ quia nõ hz oẽm formam ⁊ tñ oẽm formam apta nata eſt habere: ſed ſi careat omni forma tũc caret forma. ¶ Improbatur ſophiſma. nã ſequitur materia caret forma: ꝯ materia nõ hz formaz. mõ h⁹ eſt ſſm: quia nũq̃ ẽ materia quin habeat formam aliquaz.

¶ Ad ſophiſma rñdetur q̃ ip̃m eſt falſum. ¶ Pro prima rõe nego ꝓſeq̃ntiã eo q̃ arguitur ab inferiori ad ſuperi⁹ diſtributũ. vnde hoc verbũ caret virtute negationis quam includit diſtribuit terminum ſequentez ſe. ¶ Ad ſecundam ſſr nego ꝓñaz ex eo q̃ ĩ añte ly forma ſupponit determinate. qr precedit hoc verbum caret: ſed in conſequente diſtribuit̃ rõe illi⁹ verbi caret ip̃z diſtribuentis. ¶ Ad tertiam negatur ꝓña ꝓpter hoc q̃ in añte ly forma ſtat immobiliter rõne duorũ ſincathegoreumatũ ip̃z p̃cedẽtiuz in ꝓñte vero ſtat mobiliter rõe vnius terĩ diſtributi ip̃z p̃cedentis. Cõſiſſi mõ eẽt dicendũ de iſto ſophiſmate materia ẽ priuata forma.

Sophiſma. cxi. Eſt de hoc verbo quieſcit.

quod etiam includit negationem. pro quo ſit ſophiſma. Anima intellectiua quieſcit poſito q̃ anima intellectiua ſit tota in toto et tota in qualibet parte ipſius hoĩs et q̃ pes hoĩs quieſcat et manus moueatur.

¶ Probatur ſophiſma anĩa intellectiua quieſcit in pede: ꝯ aĩa intellectiua quieſcit. ꝓña videtur tenere per locuz a parte in mõ ad ſuũ totum ¶ Improbatur ſophiſma. nam ſequitur q̃ aĩa intellectiua nõ moueretur quod ſſm eſt: quia ſequitur nõ mouet̃: ꝯ nõ mouetur in manu qd̃ ẽ cõtra caſum.

¶ Ad ſophiſma rñdetur q̃ ip̃m ẽ falſum. ¶ Ad ꝓbationem. anima intellectiua quieſcit ĩ pede: ergo quieſcit: negatur ꝓña. necvz locus a pte in modo ad ſuum totũ cũ diſtributione. non eĩ ſequitur ſortes non eſt hõ albus: ꝯ nõ eſt homo. et ideo cũ ille terminus q̃eſcit includit negatõnem: qr ꝓpt̃ negationẽ motus non vz ꝓña.

Sophiſma. cxii. Eſt de hoc verbo ignorat

quod etiam includit negationem et eſt iſtud. Sortes ignorat aliquam propoſitionem. ponatur q̃ ſortes ignorat illam ꝓpõem ſuper datam lineaz contingit triangulũ equilatrum collocare. et ſi illa a. Tunc arguitur ſic. ſortes ignorat a propoſitionem: ſed a ꝓpoſitio ẽ aliqua ꝓpoſitio: ergo ſortes ignorat aliquam ꝓpõem. ¶ Improbatur. nam ſequitur ſortes ignorat aliq̃ propoſitionẽ: ꝯ ſortes nõ ſcit aliquam propoſitionẽ modo hoc eſt falſuz naz nõ obſtante q̃ ſortes non ſcit a propoſitionez adhuc ſcit multas alias ſicut ſuppono.

¶ Ad ſophiſma reſpondet̃ q̃ ipſum eſt falſum. Et pro probatione eius nego conſequentiam: ſcilicet ſoꝝs ignorat a propoſitionem. et a propoſitio ẽ aliqua propoſitio: ergo ſortes ignorat aliquam propoſitionez. tamen bene ſequitur. ergo ſortes aliquam propõem ig̃rat. ⁊ rõ q̃re nõ ſeq̃t̃ ptz ex dictis. nihilominus tz in dicto caſu hec ſoꝝs nõ ſcit oẽz ꝓpõez. tñ hec eſſet negãda. ſoꝝs oẽm ꝓpõem ig̃rat. ſic hec eẽt negãda. ſoꝝs oẽm ꝓpõem nõ ſcit.

Sophisma cxiii. Est istō Ignorato motu ignoratur natura.

¶ Probatur sophisma. In diffinitiōe nature ponitur mot⁹ p diffinitionē nature positm a phō. scdo phisicoꝝ sed ignorato illo quod ponitur in diffinitione nāe ignorat diffinitō nature sed ignorata diffinitione nature ignorat natura.

¶ In oppositum arguit. naz sequitur ignorato motu ignoratur natura ergo motu ignorato ignoratur natura. ꝓns ē falsuz ꝓnā videt tenere qz nō videtur eē drna iter ans et ꝓns. falsitas ꝓntis probatur qz null⁹ videt eē mot⁹ quo ignorato ignoretur natura. quia quocunqz dato si ipse ignoret pōt cognosci alius per cognitionem cui⁹ pt cognosci natura. ¶ Secundo: nam sequi videtur ignorato motu ignoratur natura: ergo ignorato motu natura ignoratur. modo hoc ē falsum qz ego possum ignorare motum ⁊ tn naturā non ignorare Quia posito q̄ non cognoscerem aliquem motuz. adhuc naturam sicut materiam vel formaz cognoscere possem. licet forte nō cognoscerem propriā esse naturam.

¶ Ad sophisma rndetur. q̄ ipsum est veruz sicut probauit prima ratio. Ad improbationem qn dr ignorato motu ⁊c. g motu ignorato ignoratur natura negat ꝓntia. qz in sophismate ille terminus motu ratōe illi⁹ q̄ ē ignorato includentis negationem distribuitur pro his que significat. ⁊ hoc cum apellatione rōis vel conceptus fm quem ille terminus significat ea que significat. in illa aūt motu ignorato ignoratur natura. ille fmin⁹ motu stat determinate. ⁊ cū hoc pro suis significatis supponit nō cum appellatōe rōis vel cōceptus fm quē dict⁹ terminus motus significat sua significata. et iō merito ꝓnia est neganda. Ad n sciendu est q̄ ista verba scire intelligere/cogitare/ignorare/oppinari/aperire/iudicare/videre/audire /imaginari/appetere/velle/amare/odire ⁊c. et participia et nomina ex eis descendentia restringunt terminos sequētes se ad supponendum pro his pro q̄bus supponunt nō absolute: sed cuz appellatione rōis vel cōceptus: scdm quē dicti termini significāt ea que significant ideo arguendo non pōt fieri mutatio vnius terī restricti ad supponendum in terminuz nō sic distributum restrictum ad supponendum ⁊ ecōtra. ⁊ iō q̄n terminus sequit aliquē dictoꝝ terminorum dicto⁰ restrīgitur ad supponendum. Qn aūt pcedit nō. ppter h⁰ nō seqtur sors ignorat naturaz: ergo sors naturā ignorat. Nec seqtur naturam ꝓnoscit: g ꝓnoscit naturam. ppter idē nō seqtur sors ignorat pmaz materiam seu nō hz sciaz de pma materia. et oīs pma materia est natura: g sors ignorat naturam. Et silr nō sequit deus est ⁊ sp fuit trinus ī psonis et auerroys cognouit deuz: g auerroys cognouit deum trinum in psonis. Silr nō sequitur auerroys nō cognouit deum trinū in psonis et oīs deus sp est et semper fuit trinus: g auerroys nō cognouit deuz. sed bn sequitur g nullum deū auerroys cognouit fm rōem fm quā dicitur de⁹ trin⁹. Ex illo pz ad scdam improbatōem. s. q̄ nō sequitur ignorato motu ignoratur natura: g ignorato motu natura ignoratur: qz pōt ignorari mot⁹ ⁊ tn non natura. sicut materia vel forma cognoscitur. Iz nō cognoscat eē natura scdz rōem fm quam dicitur esse natura.

Sophisma iii. Est istud. Omne corpus non esse hic est possibile. ¶ Probatur sophisma hoc corpus nō esse hic est possibile: et illud corpus non esse hic est possibile ꝛ sic de alijs: ꝯ oē corpus nō esse hic est possibile. ñia tz per inductionem. añs ptz ex eo q̃ non ē aliqd̃ corpus quin de eo possibile sit q̃ non sit hic ¶ Improbatur sophisma. omne corpus nō eē hic est possibile: ꝯ nullū corpus eē hic est possibile. ñs ē falsū ñia tz ex eo q̃ oē non ꝛ nullū equipolent flitas ñtis ptz. Nā sequitur nullū corpus eē hic ē possibile: ꝯ vacuū eē hic est possibile qd̃ est cōtra arſ. quarto phisicorum: qui ꝓbat q̃ īpossible ē eē vacuum. ¶ Et cōfirmat. nā si omne corpus nō eē hic ē possibile tūc hec est possibilis. oē corpus nō est hic. et si sic tunc etiā hec ē possibilis. vacuum est hic. qñ enī nullū corpus ē hic vel omne corpus nō est hic tunc vacuum ē hic. ¶ Ad sophisma rñdeo q̃ ē falsum. Et ad ꝓbationem negat ñia. et qñ ꝓbatur per inductionez: hoc nego. hec eī non est inductio. hoc corpus non esse hic est possibile. ꝛ illud corpus non eē hic est possibile: ꝯ oē corpus nō eē hic est possibile. ꝓpter hꝰ q̃ ñs nō ē propositio vlis. Nam ꝓpōes posite in añte non sunt vere singulares eiꝰ qd̃ tñ requiritur ad inductionē: sicut ptz p arſ. secundo prioꝛ capitulo penultimo Unde hec nō est vlis. oē corpus nō eē hic est possibile ſz indefinita ex eo q̃ eius subiectū nō est solū ly corpꝰ ſz hꝰ totū eē corpus nō est hic. mō clarū est q̃ huic subiecto non p̃ponit aliquod signū vle qd̃ tñ oporteret si eēt propō vlis. Sz diceres: quanta ergo ē dicti

tur q̃ est indefinita et potest sic fieri vlis. oē corpus non eē hic est possibile ita q̃ hoc subiectum oē corpus: sic distribuitur per li oē supadditū oīb⁹ talibus dictis omē corpus nō eē hic. Et ꝗz hoc eius singulares sūt iste. hoc oē corpus nō eē hic ē possibile: ⁊ illud oē corpus nō eē hic ē possibile ⁊ illud oē corpus ⁊c. demonstrādo per li illō vnū tale singulare dictum oē corp⁹ non eē hic vocale: vel scriptum: vel mentale

Sophisma iiii. Est istud. Contingens est ad vtrumlibet nullum hominez esse sortem. ¶ Probatur. ex eo q̃ hec contingens est vera. nullus hō est sortes. ē eī vera sorte non existente: et falsa sorte exñte. ¶ Improbatur sophisma. cōtingens est ad vtrūlz nullum hoīem esse sortem: ꝯ cōtigēs est ad vtrūlibet oēm hoīem eē sortē. ꝯñs est falsum. ꝯñtia tz ex eo q̃ ꝓpōes de cōtigēti ad vtrumlibet sunt conuertibiles in oppositam qualitatem ꝗlitas ꝯñtis probat: qr naturaliter impossibile est istam eē veram. oīs hō est sortes. nam naturalit impossibile est q̃ oēs hoīes corrūpantur preter vnum: scz sortes.

¶ Ad sophisma respondeo q̃ est vera Pro improbatiōe pono aliqs propōnes. ¶ Quarum prima est. q̃ propositio de contingenti ad vtrumlibet conposita non bene conuertitur in oppositam qualitatem. vñ q̃uis hec sit cōtingens. nullus hō est sortes: tñ hec ñ est contingēs. oīs hō est sortes: qr prima pōt esse vera naturaliter loquendo. secūda aūt impossibilis ē naturaliter loquendo. Similiter q̃uis hec sit cōtingēs. quidā hō ē plato: tñ hec nō est cōtingēs. quidā hō nō est plato immo loquendo naturaliter ipsa ē necessaria. Et ex hoc soluta est probatio ⁊ qñ arſ. dicit primo priorum ꝓpōnes de cōtingēti ad vtrumlibet cōuerti in oppositam q̃litatē ipse ītellexit de propōnib⁹ de cōtingēti ad vtrūlz dīsis et adhuc negatione nō cadēte sup modum: sed sup dictū. vñ sit illa ꝓpō. propōnes de contingenti ad vtrumlibet diuise sūt cōuertibiles ī oppositā q̃litatē: sic scz q̃ mutet dictuz affirmatiuum in dictum negatiuū vel econuerso manēte mō semp affirmato: ita q̃ negatio nō p̄cedat modum. verbigrā sequitur enī. oēm hoīem contigit currere: ꝯ oēm homīem cōtigit nō currere. Et rō huius est. qr quod contigit nō ē necessarium nec impossibile per arſ. p̄mo prior. et ideo quia non est necīm pōt non esse. et ideo pōt negatiua esse vera. et cum illa non est impossibilis ideo affirmatiua pōt eē vera. per hoc ergo est q̃ si aliqua talis sit vera oportet vnā tam affirmatiuā q̃ negatiuā esse veram ⁊ ideo sequit ad alteram ¶ Tertia ꝓpō. ꝓpō de cōtingēti vera diuisa nō cōuertitur ī oppositā q̃litatem negatiōe cadēte supra modū ptz qr ñ sequtur. hoīez ñ cōtigit eē equū. ꝯ oēm homīem cōtigit eē equū. añs ei ē verum et ꝯñs falsum.

Sophisma.v. Omne anīal eē hoīem est impossibile. ¶ Probatur sophisma. ex eo q̃ hec ē impossibil oē aīal ē hō naturalr loquendo. ¶ Improbatur sophisma. oē aīal eē hoīem est impossibile: ergo quēdam hoīem eē anīal est impossibile. ꝯñs est falsum. ꝯña videt tenere per cōuersionem. ꝗlitas ꝯñtis nota est de se ex eo q̃ hec. quidam hō ē aīal ñ est impossibilis sed necessaria

¶ Ad sophisma respondetur q̃ ipsuz est verum. ¶ Ad improbationez dico q̃ male cōuertitur ex eo q̃ ꝓpōes ꝯpositte de possibili et etiam de falso non conuertuntur quantum ad eorum dicta. Similiter de propositionibus de inesse dicitur. vnde non oportet q̃ si hec sit falsa vel impossibilis. oē animal est homo q̃ hec sit falsa vel impossibilis. quidam homo est animal propter hoc q̃ ad impossibilitatez vl falsitatē antecedentis non sequitur impossibilitas vel falsitas consequentis vnde ex falso vel impossibili bñ potest sequi verum vel necessarium:

Sed diceres ꝗmodo conuertenda est hec omne aīmal eē hoīem est impossibile. Dico ꝙ si velimus eam conuertere ꝑm se totam debemus eam conuertere in istam: impossibile ē oē animal esse hoīem. Si aūt velim⁹ conuertere scdm partē. s. ꝗtum ad dictū solum debem⁹ eā ꝓuertere in istā aliqd qnod impossibile ē eē homīem ē aīal et hec est vera. qz leo quē impossibile est esse hominem est animal.

Sophisma. vi. Impossibile est aliud ꝙ asinuz te genuisse. ¶ Probatur. lapidem esse hominem est aliud ꝙ asinum te genuisse hoc idem. s. lapidem eē homīem ē impossibile: ꝯ impossibile est aliud ꝙ asinum te genuisse. ꝓna tenet quia est silīs expositorius. premisse sunt note de se. ¶ Improbat. nam sequitur īpossibile est aliud ꝙ asinum te genuisse: ꝯ hec est impossibilis aliud ꝙ asinus genuit te. modo hoc est falsuz. Soluitur quia li aliud ꝑt cōstrui cū hoc verbo est et hec est vera. z ē sensus aliud est impossibile ꝙ asinū te genuisse. a⁰ modo ꝑt construi li aliud cum hoc qd̄ est ꝙ: z tūc ē falsa. nam tūc est sensus hec est īpossibilis vel sibi silīs: aliud ꝙ asinus genuit te. modo hoc ē falsū:

Sophisma. vii. Impossibile ñ est hominem esse asinum. ¶ Probatur. hominez esse lapidem non est hoīem esse asinuz nam hec ꝓpositio homo est lapis non est hec hō est asinus sed hoīem eē lapidem ē īpossibile: ꝯ impossibile nō ē hoīnem eē asinū. ¶ Secūdo. ꝓtradictorium sophismatis est falsū: ꝯ īpm est verum ꝓna tenet. añs ꝓbat. nā ꝓdictorium sophismatis ē omne īpossibile ē hoīem eē asinū. mō hoc est falsuz ¶ Improbatur: idē vz nō possibile nō et impossibile nō. mō illa est falsa non possibile nō ē hoīem eē asinū: ꝯ z ista ē falsa impossibile ñ ē hoīez eē asinuz que sibi equiualet. ꝙ prima sit flā. probatur: ꝗa ei⁹ ꝓdictoria est vera. quod patz auferēdo negatōem dicēdo possibile non est hominez non esse asinū mō hoc ē verum. nam sortem currere est possibile. et idem non est hoīem eē asinū. ¶ Rñdetur ꝙ si negatio implicita in li impossibile teneatur tanꝗ negatio infinitans sopisma est verū. nā tunc valet istam. non possibile non est hoīem esse asinū. z illa est vera prout li non: non est negatio negans sed īfinitās nec eius ꝓtradictoria ē hec possibile non est hoīem eē asinū eo ꝙ prima est de subiecto infinito. secūda de finito. modo ꝓtradictoria deberet esse eiusdē subiecti. Et per hoc soluitur ī probatio sophismatis. Si aūt negᵒ inclusa in li impossibile sit negᵒ negās tunc sophisma ē falsū. nā tūc sensus ē impossibilie non ē hoīem eē asinū. i. ñ est possibile hoīem non eē asinū cum oē neccīm sit possibile z hoīem nō eē asinum sit neccīm. nec opositū istius probant due prime rationes facte.

¶ Et sic ē finis sophismatum Magistri Alberti de Saxonia tam rudibus ꝙ etiam eruditis oī materie z accōmodanda et vtilia.

¶ Sequuntur insolubilia eiusdem

Insolubilia dicuntur. non qa
i ullo modo possint solui. sed qr
soluere est difficile. Et q̃tum
ad hoc volo ponere p̃mo aliquas de=
scriptiones. secundo aliquas suppo=
sitiones. tertio aliquas conclusiones
quarto exẽplariter aliqua insolubilia
ꝛ illorum solutiones. Ex quorum solu
tionibus apparebit faciliter conside=
rãti qualiter si aliq̃ alia formenẽ pos=
sint solui. ¶ Quãtuz igiẽ ad primũ sit
prima descriptio. propositio vera est.
que qualitercũq̃ significat ita estꝛ cũ
hoc possibile est eam esse. ¶ Secunda
descriptio propositio falsa Est que nõ
qualitercunq̃ significat ita necẽ ẽ et
potest esse. ¶ Tertia descriptio propõ
possibilis ẽ que qualitercunq̃ signi=
ficat ita põt esse. ¶ Quarta descriptio
propõ necẽia est que qualitercũq̃ ꝓpõ
significat ita necẽ esse esse ¶ q̃tum ad
secũdum sit prĩa suppositio. Omnis ꝓ
põ ẽ affirmatiua vel negatia ¶ Scda.
Omnẽ ꝓpõnez affirmatiuã eẽ verazꝛ
est idem eẽ pro quo supponit eiꝰ sub
iectum ꝛ predicatum. et ecõuerso se=
ipam eẽ falsam ẽ non idez eẽ pro quo
supponit eius subiectum vel p̃dica=
tum. ¶ Tertia supositio. Omnez ꝓpo
sitionem negatiuam eẽ veram ẽ non
idem eẽ pro quo supponit subiectum
eius ꝛ predicatum. Et ecõuerso Et ip
sam eẽ falsam est eẽ idem ꝓ quo sup
ponit subiectũ ꝛ predicatum eiꝰ ꝛ ecõ
uerso. ¶ Quarta ẽ omis ꝓpõ affirmã=
tiua significat idem pro quo suppõit
eius subiectum ꝛ p̃dicatum ꝛ hoc ma
nifeste oñdit nobis copla in ea affir=
mata. ¶ Quinta omis ꝓpõ negatiua
significat non esse idem pro quo sup=
ponit eius subiectum ꝛ p̃dicatum et
hoc manifeste ostendit nobis copula
in ea negata. ¶ Sexta suppositio im=
possibile est eandem propositionez eẽ
veram et falsam. ¶ Quantum ad ter
tium sit prima conclusio. Omnis pro
põ affirmatiua significat se eẽ veram
probatur oĩs propõ affirmatiua signi
ficat idẽ eẽ pro quo supponit eius sub
iectum ꝛ predicatum per quartaz sup
sitionem. Sed oẽm ꝓpõem affirma=
tiuam esse veram ẽ idem eẽ pro quo
supponit eius subiectum ꝛ predica=
tum ꝛ ecõuerso per secũdaz suppõem
q̃ omis ꝓpõ affirmatiua significat se
esse veram. ¶ Secũda ꝛclusio. Omis
propositio negatiua significat se esse
veram probatur. Omnis propositio
negatiua significat nõ eẽ idẽ pro quo
supponit eiꝰ subiectum ꝛ predicatum
per quintam suppõnem sed ꝓpõnem
negatiuam eẽ veram est nõ eẽ idẽ pro
quo supponit eius subiectum ꝛ predi
catum ꝛ ecõuerso per tertiam suppo=
sitionem: q̃ oĩs propositio negatiua si
gnificat se eẽ veram. ¶ Tertia ꝛclusio
Omnis propositio mundi significat
se eẽ veram. probatur oĩs ꝓpõ mun=
di ẽ affirmatiua vel negatiua per p̃=
maz suppositionem. sed oĩs propõ af=
firmatiua significat se eẽ veram per
primam conclusionem. ꝛ oĩs propositio
negatiua significat se esse veram
per secundam cõclusionem: ergo oĩs
ꝓpõ mundi significat se eẽ veram qd̃
erat probandum. ¶ Quarta conclu=
sio. Omis propõ affirmatiua significã
se eẽ veram ꝛ se eẽ falsam est fal=
sa probatur. Nam sequitur propositõ
affirmatiua significat se esse veram ꝛ
significat se eẽ falsam. igitur signifi=
cat esse idem pro quo supponit eius
subiectum ꝛ predicatũ ꝛ signficat nõ
esse idem pro quo supponit eius sub=
iectum et predicatum. ista ꝛõña tenet
per secundam supõnẽ. Et vltra signi
ficat eẽ idem ꝓ quo supponit eiꝰ sub
iectũ et predicatuz q̃ nõ qualitercũq̃
ipsa significat ita est ista ꝛõtia tenet
quia non potest simul ita esse q̃ idem
sit pro quo suppõit eius subiectum et
eius p̃dicatum et nõ idem pro q̃ sup=
põit eiꝰ subiectũ ꝛ predicatum. Et vl
tra non qualitercunq̃ ipsa significat
ita ẽ: q̃ est falsa. ista ꝛõña tenet ꝑ secun
dam descriptionem. Finaliter igiẽ si
aliqua propõ affirmatiua significat
se eẽ veram ꝛ se eẽ falsam ipa est flã.

¶ Quinta conclusio. Omis propō negatiua significans se eē verā ⁊ se esse falsam est falsa patet. naz si propositō negatiua significat se esse veram ⁊ se esse falsam: tūc ipa significat ñ eē idē pro quo supponit eius subiectum ⁊ p̄dicatum. ⁊ esse idem pro quo supponit eius subiectum ⁊ p̄dicatum p tertiam suppōem ⁊ cum nō possit ita eē q̄ non iz̄ sit pro quo supponit eius subiectū ⁊ predicatum. sequitur q̄ nō q̄litercunqz ipsa significat ita est et per consequens erit falsa per secundam descriptionem et hoc erat intentum ¶ Sexta conclusio. Omnis propositio significans se esse veram ⁊ se esse falsam est falsa. probatur quia omnis p̄positio est affirmatiua vel negatiua per primam suppōnem. Et si affirmatiua significet se esse verazz ⁊ se esse falsam est falsa per quartam conclusionem. Et si negatiua significat se esse veram ⁊ se esse falsam. ipsa ē falsa p quintam conclusionem: ergo omnis propositio significans se eē veram et se esse falsam: ipsa ē falsa per quītam conclusionem: ergo omnis propositio significans se esse veram ⁊ se esse falsam est falsa. qz̄ erat probandum. Et confirmatur īpossibile est eandem p̄positionem esse veram et falsam per sextam suppositionem. Igitur si aliqua propositio significet se esse veram ⁊ se esse falsam: ergo non qualitercunqz ipsa significat. ita est et per ꝯsequens per secundam descriptionez ipsa est falsa. ¶ Septima conclusio. Omni propositioni copulatiue contradicit vna disiunctiua composita ex partibus ꝯtradicētibus ptibus illius coplatiue. verbigrā. sortes currit et sortes non disputat eius contradictoria ē sortes ñ currit vl̄ sortes disputat ¶ Probatur. quia istis cōuenit lex et regula propositionum contradictoriarum vicz si vna est vera: reliqua est falsa ⁊ econuerso. Et nō possunt simlʳ esse vere nec false. ⁊ earum cathegorice sunt de consimilibus subiectis et predicatis. Et causa falsitatis vniusē sufficieiens causa veritatis alterius et econtra. Patet. nam causa veritatis predicte copulatiue ē ambas eius partes esse veras. sed ambas ptes p̄dicte copulatiue esse veras ē ambas partes p̄dcte disiūctiue eē falsas cū ptes copulatiue contradicāt partibus disiunctiue. ideo causa veritatis copulatiue est sufficiens causa falsitatis disiunctiue. Similiter causa falsitatis copulatiue est sufficiens causa veritatis disiunctiue. Nam causa falsitatis copulatiue est ambas eius partes esse falsas vel vnam eius partem esse falsam cum ad falsitatem vnius copulatiue sufficiat vnam eius partem esse falsam. sed ad ambas partes copulatiue esse falsas: vel ad vnam partem copulatiue esse falsam. sequitur ambas partes disiunctiue esse veras: vel vnam partem disiūctiue eē verazz cum partes copulatiue contradicant partibus disiūctiue ⁊ cum ad veritatem disiunctiue sufficiat vnam partē esse verā sufficiēter ad falsitatem copulatiue. sequitur veritas disiūctiue constitute ex partibus contradicentibus partibus copulatiue. Consimili modo posset deduci q̄ sit econuerso.

¶ Quantū ad quartuz propono p̄mo insolubile illud commune. Ego dico falsum. supposito q̄ nichil aliud dicā nisi istam propōnem. ego dico falsum Et queritur vtrum propositio a me prolata sit vera vel falsa. Si dicatur q̄ vera contra qualitercunqz ipsa significat ita est. ⁊ cum ipsa significet me dicere falsum: ergo taliter est q̄ ego dico falsum cum nihil aliud dicā q̄ istam propositionem. ego dico falsum. sequitur istam p̄positionem esse falsum ego dico falsum. ⁊ per consequēs non vera cuius oppositum tu

dicis iste ꝓfitie facte patent ex suppo
sitionibus. Si autem dicas ꝙ sit fal=
sa:tunc sic igitur est taliter q̃liter ipsa
significat quia significat se esse falsaz
⁊ si est taliter qualiter ipsa significat
sequitur ipsam esse veram et per con
sequens non falsam cuius oppositu3
tu dicis. Si autem dicas ꝙ sit simul
vera et falsa hoc est contra sexta3 sup
positionem. ¶ Respondetur ꝙ predi=
cta suppositio est falsa. patet. Nam p
tertiam conclusionem de generali si
gnificatione propositionu3 significat
se esse veram sed ad ipsam esse vera3
sequitur ipsam esse falsam et per con
sequens per sextam conclusionem est
falsa Quod autem ad ipsam esse
veram sequatur ipsam esse falsam. p
batur. Nam sequitur est vera et cum
sit affirmatiua ꝙ subiectum et predi=
catum supponant pro eodem ista con
sequẽtia p3 per secũdam suppositionẽ
et vltra subiectum ⁊ predicatum sup
ponunt pro eodem: ꝯ ly ego et dicẽs
falsum supponũt ꝑ eodem. ergo idẽ
est ego et dicens falsum et per conse
quens ego sum dicens falsum et cu3
nihil aliud dicam q̃ predictam propo
sitionem sequitur predictam ꝓpositi
onem esse falsam. Si ipsa est vera er
go ad ipsam esse vera3 sequitur ip̃a3
esse falsam. qꝗ erat probandũ et per
consequens est falsa. Et cum diceba
tur si est falsa et cum ipsa significet
se esse falsam taliter est qualiter ipsa
significat concedo. Et cum dicitur vl
terius:ergo est vera. negatur conse=
quentia. Unde q̃uis sit taliter quali
ter ip̃a significat non tamen qualiter
cunꝯ significat ita est qꝗ tamen opo
teret ad hoc ꝙ ipsa esset vera sicut p3
per descriptionem propositionis ve=
re¶ Unde ad hꝰ ꝙ propõ sit vera nõ
sufficit ꝙ talit sit q̃liter ip̃a ꝓcat. sz re
q̃ritur ꝙ q̃litercunꝯ significat ita
sit. ¶ Unde ista propositio. homo est
asinus est falsa et tamen taliter est q̃=
liter ipsa significat;quia significat ho
minem esse et taliter est. sed quia cu3
hoc significat aliter q̃ est ipsa est fal
sa. Sic recte in proposito ego dico fal
sum. licet taliter sit qualiter ip̃a signi
ficat. quia significat se esse falsam et
taliter est tamen non qualitercunꝯ si
gnificat ita est:significat enim se esse
vera3. sed taliter non est igitur. ¶ Un
de imaginandum est de veritate pro
positionis sicut de qualitate summa
Nam q̃cito remittitur tamcito desi=
nit esse summa. et incipit esse remissa
Ita in proposito posito ꝙ aliqua pro
positio sit vera q̃cito aliter significat
aliqualiter q̃ est q̃uis adhuc cum hꝰ
significet taliter qualiter est ipsa desi
nit esse vera et incipit esse falsa non
obstante adhuc ꝙ multoplus habez
de veritate q̃ de falsitate. Similiter
potest imaginari de veritate et falsi=
tate sicut de puro et impuro. sicut enĩ
purum fit impurum per cuiuscunꝯ
contrariꝰ aduentum ita propositio fit
falsa q̃cito significat aliqualiter alit
q̃ est. Diceret enim aliquis tu dicis
ꝙ hec sit falsa. ego dico falsu3 que est
ergo eius contradictoria. si dicas ꝙ is
ta. ego non dico falsum contra:voce=
tur:ergo ista ego dico falsum. a. et is
ta ego non dico falsum b. tunc sic. a si
gnificat a esse falsum et b significat b
non esse falsum: ergo a et b non con=
tradicunt consequentia tenet. quia q̃
dammodo debet esse affirmatio et ne
gatio eiusdem de eodem. sed sic non
est in proposito:ergo ꝛc. Si autem di
catur illius ego dico falsum esse con=
tradictoria ista ego non dixi falsum si
cut aliqui dicunt hoc non valet Nam
prima erat falsa. et secunda significat
eã nõ fuisse flaz igit scda est falsa ⁊ p
consequens scda prime nõ ꝯdicit alr
enim due ꝯdictorie essent simul false.

Scdo.iste ꝓtradicunt. ego dixi falsuz ego non dixi falsum: sed ista.ego dixi falsum.non equalet isti.ego dico ꝓm ꝗ isti non contradicit ista. ego nõ dixi falsuz. Breuiter dimissis alijs modis dicendi quibus alij et alij dicunt de contradictoria predicte propositionis scz ego dico falsuz.dico ꝙ ipsa significat se esse veram et se eẽ falsam.ꝛ eiꝰ cõtradictoria potest esse ista. non ego dico falsum.put ista negatio non fertur super totam ꝓpositõem.ego dico falsum. Et tunc ista non ego dico falsum significat ꝙ non est ita sicut ista significat.ego dico falsum. Et igitur cum ista. ego dico falsum. significet me dicere verum et me dicere falsuz ista.non ego dico falsuz significat me non dicere verum vel me non dicere falsum.ex eo ꝙ per vltimam cõclusionem cõtradictoria copulatiue est vna disiunctiua composita ex partibꝰ contradicentibus partibus talis copulatiue.

¶ Aliud insolubile. ¶ Propositio quaz ego profero est similis propõni quaz profert plato.posito ꝙ plato proferat vnam propositionem falsam et nullã aliam:puta istam.homo est asinus.et sit ista b. et propõ quam ego profero sit ista ꝛ nulla alia ꝓpõ quam ego profero est simili propõi quam ꝓfert plato.et sit ista a.Tunc queritur vtruz a sit verum vl falsum.si dicas ꝙ a sit verum igitur a est simile b:sed b est falsum:ꝗ a est falsum. et si sic ipsum nõ est verum cuius oppositum tu dicis Si dicas ꝙ a sit falsum et cum b sit falsum a est simile b: sed hoc a enunciat: ꝗ taliter est qualiter a enunciat: ergo a est verum.et per consequens non falsum cuius oppozituz tu dicis Si autem dicas ꝙ a significat verum et falsum hoc est contra sextam suppositionem. ¶ Respondetur ꝙ a est falsum: quia significat se esse verum et ad ipsum esse verum sequit ipsum esse falsum:ꝗ cum significet se esse verum. et ex ꝓnti se esse falsuz sequitur ꝙ ipsum est falsum per sextam conclusionem. Cuz ei a sit propositio affirmatiua significat idem esse ꝓ quo supponit eius subiectum et predicatum per quartam suppõem.sed ad esse idem pro quo supponit eius subiectum ꝛ ꝑdicatum sequitur ipsum esse falsum stante casu:igitur: Et cum dicebatur. si a est falsum: ꝗ est simile b:concedo.et quando vlterius dicebatur.ergo taliter est qualiter enunciat concedo.ꝗ est verum: negatur ꝓntia: ꝙuis bene sequatur qualitercunꝙ a significat taliter est:igitur a est veruz modo añs est falsum ꝓpter hoc ꝙ a significat se esse verum et se esse falsum:sed non est taliter ꝙ a sit verum igitur.et ideo quia ꝑdicta propositio equipollet vni copulatiue ꝓtradictoria eius erit vna disiunctiua composita ex partibus ꝓtradicentibus ꝓtibꝰ talis copulatiue.

¶ Aliud insolubile.s. hec ꝓpõ ẽ falsa posito ꝙ ꝑ ly hec demonstret istamet propositio et vocetur ista ꝓpositio ꝛ queritur vtrum ꝛ sit propositio vera vel falsa.si vera:igitur qualitercũꝙ ipa significat ita est:sed ipsa significat se esse falsam:ergo taliter est.et per consequens est falsa et non vera cuius oppositum tu dicis .Si autem dicas ꝙ sit falsa et cum ipsa significet se eẽ falsam taliter est qualiter ipsa significat et per consequens ipsa est vera et non falsa:cuius oppozituz tu dicis ¶ Respondetur ꝙ est falsa quia sicut patet: ipsa significat se esse falsam.et cum per tertiam conclusionez omnis propositio significet se esse veram.sequitur ꝙ hec propositio significat se esse veram et se esse falsam.et per consequens per sextam conclusionem ipsa est falsa.Et cum dicebatur si est falsa et significet se esse falsam:taliter ẽ ꝗliter ipsa significat:concedo.nec ꝓpꝗ hoc ꝙ ipsa est vera:qꝛ nõ ꝗlitercunꝙ ipsa significat ita est. ¶ Sed diceres

tu dicis q̃ b sit ꝓpositio falsa contra sit a. ista propositio consimilis b hec ꝓpositō est falsa: p ly hec positum in prima demonstretur ipm b: tunc sic Si b est falsum tunc a est verū quia a enunciat b esse falsum. Et vltra si a ē verum sequitur b esse verum propter hoc q̃ a et b sunt propositiones omnino consimiles sunt enim consimiliuz subiectorum copularū ⁊ ꝯsimiliū p̄dicatoruz. ⁊ cū hꝰ subiectū ⁊ p̄dicatū vniꝰ supponunt pro eodem pro quo supponunt subiectum ⁊ p̄dicatum alterius Utrobiq̃ eniz supponunt ꝓ b ꝓpōe. ¶ Rñdetur q̃ b est falsuz. ⁊ a est verū Et dico nō ē possibile q̃ sint due propositiones omnino consimiles quarū termi vnius supponant pro eodē ꝓ q̃ supponunt termini alterius. et vnam earum esse veram ⁊ aliam esse falsaz propter hoc q̃ vna falsificat se et alia non. ¶ Adhuc diceres. tu dicis q̃ b est falsum: ergo eius contradictorium ē verum scilicet hec propositio non est falsa demonstrando per ly hec b propositionem et significat ista c est vera sed c significat b non est falsum. ergo b non est falsum cuius oppositum tu dicis. ¶ Respondetur q̃ c non est contradictorium b propter hoc q̃ ambe sunt false. Ex quo infero q̃ impossibile est duas propositiones singulares vnam affirmatiuam et aliam negatiuaz de consimilibus subiectis ⁊ consimilibus predicatis et consimilibus copulis et quarum extrema supponunt pro eodez esse: que tamen ad inuicem non contradicunt. ¶ Ptz de istis hec propositio est falsa hec propositio non est falsa demōstrando per ly hec in prima primam et per ly hec in secunda eandem ꝑmaz. Diceres q̃ igit̄ est ꝯdictoria p̄dicte ꝓpōis: ¶ Respondetur q̃ ē hec: hec propō non est vera vl̄ hec propō nō est falsa demōstrādo per ly hec vtrobiq̃ b propōem et ratio huius est qz b propositio equipolet vni copulatiue scilicz huic. hec ꝓ pō est vera et hec propositio est falsa. modo ꝑ vltimā ꝯclusionem ꝯtradictoria copulatie ē disiunctiua composita ex partibus contradicentibus. ¶ Adhuc diceres. si b propositio est falsa: ergo idē ē pro quo supponit eiꝰ subiectum et predicatum ꝓpter hoc q̃ li falsa est eius predicatū et vltra siue idem pro quo supponit eius subiectū. et eius predicatum et cum ipsa sit affirmatiua. sequitur ipsā esse veram ex eo q̃ omnis affirmatiua est vera que sic se habet q̃ idez est pro q̃ supponit eius subiectum et predicatum. ¶ Respondetur concedo nisi tūc talis habeat significationes repugnātes qualiter est in proposito. Ista enī hec propositio est falsa de significatione formali cum sit affirmatiua significat q̃ idem sit pro quo supponit eiꝰ subiectum et predicatum de significatione autem materiali. patet ratione illius termini falsa supponentis pro ipsamet ꝓpōe q̃ significat se esse falsam et per consequens non est idem pro quo supponit eius subiectum et eius predicatum cū hoc sit propōnem affirmatiuam esse falsam. Et ideo qz signꝰ eius formalis dissonat et repugnat se in eius materiali ipsa est flā non obstante q̃ idem sit pro quo supponit eius subiectum. et eius predicatum. ¶ Adhuc diceres est ne possibilis? respondetur q̃ non quia non qualitercunq̃ significat sic potest esse significat enim se esse veram ⁊ se eē falsam et impossibile est sic esse. qñ eniz ipsa est sic non est. et qñ ipsa nō est sic non ē qñ enī nō est nec ē vera nec falsa. ¶ Ad hoc enim q̃ aliqua ꝓpositio sit vera vel falsa requiritur q̃ ipsa sit ¶ Adhuc diceres. adhuc videtur q̃ sic scz q̃ hec propositio sit vera hec ꝓ pō est falsa. quia omnino sic est sicut per eam significatur. ¶ Probatur. qz de significatōne eius formali significat idē esse pro quo supponit predicatum et subiectuz. et ita est. Si dicitur esse falsa de significatione materiali. scz rōe illius termini fal a significat

se esse falsam ⁊ ita ē. ¶ Rñdetur q̃ capiendo vtrãq̃ significationē seorsum ab alia circumscribendo reflexionem vnius super aliam bene esset ita sicut vtraq̃ significaret sed ille significationes alio modo se habēt in dicta ꝓpositione. Mā significatio materialis reflectitur supra formalem in termi nemdo eaz. De significatione formali significat esse idem proquo supponit eius subiectum et predicatum. Et de significatione materiali significat se esse falsā. modo quia ista nō st̄ componibilia: sed idez sit pro quo supponit eius subiectum et eius predicatum ⁊ q̃ ipsa sit fl̄a sequitur p̄dictaz ꝓpositionem esse falsam. nec est omnino qualiter ipsa significat.

¶ Aliud insolubile sit istud ponatur q̃ sortes dicat istam plato dicit falsuz et plato dicat istam sortes dicit verum isto casu posito queritur vtrum ꝓpositio dicta a sorte sit vera vel falsa Si dicatur q̃ sit vera et cum ipsa significet platonem dicere falsum. ita est q̃ plato dicit falsum et cum plato dicat sortem dicere verum. falsuz est q̃ sortes dicit verum: ergo si sortes dicit verum sortes dicit falsum. Si autē dicatur q̃ ꝓpō sortis sit falsa tunc eius cōtradictoria erit vera. s. plato non dicit falsum. et cum plato dicat sortem dicere verū sequitur q̃ nō est falsum qr sortes dicit verum: ergo si falsuz est q̃ sortes dicit verum nō est falsuz q̃ sortes dicat verum. ¶ Respondetur q̃ propositio sortis est falsa. quia significat se esse veraz per tertiā conclusionem. ⁊ significat se esse falsaz: ex eo q̃ significat propositionem platonis eē falsam que significat ipsam esse veram. Nec contradictoria eius est ista plato non dicit falsum sed eius contradictoria est ista non plato dicit falsum que equipolet vni disiunctiue cōposito ex partibus contradicētibus ꝓtibus copulatiue equiualentibus isti plato dicit falsum. ¶ Aliud insolubile sit istud ponatur q̃ non sint nisi tres propositiones in mundo scz iste homo est asinus. deus non est. oīs propositio est falsa. Et sit primus a secunda b tertia c. Tūc queritur vtruz c sit verum vel falsum Si dicatur q̃ c sit verum. tunc sic est sicut c significat sed c significat q̃ omnis propositio est falsum. igitur sic est q̃ omnis propositio est falsa: Sed c est propō igitur sic ē q̃ c est propositio flā Igitur si c est verum c est falsum. Si autem dicatur q̃ c sit falsum et tunc etiā a et b sunt falsa. sequitur q̃ sic est q̃ omnis propositio est falsa cum a b c sint omnes propositiones mundi per casum. et vlterius sic est q̃ omnis propositio est falsa. sed hoc significat Igitur sic est qualiter c significat et per consequens est verum. igitur si c est falsum c est verum ¶ Respōdetur q̃ c est falsum et ratio huius est qr significat c esse verum ⁊ expresse c esse falsum ⁊ per ꝓñs est falsum per secūdaz conclusionem. Et cū dicebat̄ si c ē falsum: g̃ omnis propositio est falsa. concedo igitur sic ē qualit̄ c significat. cōcedo sed tñ nō q̄litercunq̃ significat c sic est quia significat c esse verum ⁊ c esse falsum ⁊ sic non est igitur. ī hoc enim q̃ significat c eē falsuz bene est taliter qualiter significat in hoc autē q̃ significat c esse verum est aliter Sz diceres ē ne possibile q̃ ipa sit vera dico q̃ non. Cōtra diceres sic p̄t esse q̃ oīs ꝓpō est falsa quia forte cras non erunt nisi iste due homo est asin? deus non est. Et sequitur sic pōt esse q̃ omnis ꝓpō est falsa. igit̄ hec ē possibilis omnis propositio est falsa. Et vltra ipsa est possibilis: ergo potest eē vera. ¶ Respondetur negando istam consequentiam ipa est possibilis: ergo potest eē vera. Ad hoc enim q̃ propō sit possibilis nō requiritur q̃ possit esse vera. sed sufficit q̃ possit esse sicut ipsa significat. Unde hec propositio nulla propositio est negatiua est possibilis et tamen impossibile est ipsam esse veram. Nec enim quando

est nec quando non est sicut ꝑt patere consideranti. Similiter nec ad hoc ꝙ aliqua propõ sit non negatiua sufficit ꝙ quotienscunqꝫ formetur sit vera quia sic hec ꝓpositio esset necessaria aliqua propositio ẽ particularis. quia quotienscunqꝫ hec formatur ipsa est vera cum ipsamet sit particularis.

Sed ꝙ non sit necessaria patet quia eius ꝓtradictoria nõ est impossibilis. nam nulla propositio particularis. Sz ad hoc ꝙ aliqua propõ sit necꝛia reqꝛitur ⁊ sufficit ꝙ impossibile sit aliter esse q̃ ipsa significat.

¶ Dubitatur iuxta dicta. an ista consequentia sit bona. omnis propositio est affirmatiua: ergo nulla propositio est negatiua. Arguitur primo ꝙ non q̃a possibile est antecedens huius consequẽs eẽ verum ⁊ impossibile est ꝓñs eẽ verum. igit̃ ꝓña nõ vz. assumptum ꝓbatur. Nam possibile est istam esse verã omnis ꝓpõ est affirmatiua hoc clarum est de se. Nam possibile est ꝙ soluz ista sit in mundo oĩs ꝓpõ ẽ affirmatiua. Sed impossibile est istam eẽ veram. nulla propositio ẽ negatiua. ꝓbatur. Nam si sic tũc vel qñ est: vel qñ non est. Nõ qñ nõ est. nã ad hoc ꝙ aliqua ꝓpositio sit vera requiritur ipsam esse. nec qñ est. Nam qñcunqꝫ est ista propositio. nulla propositio est negatiua. tunc ipsa est flã ex eo ꝙ qñcũqꝫ ipsa est tunc aliqua propõ ẽ negatiua quia ipsamet est negatiua.

¶ In oppositum arguit̃ sic oppozituz ꝓñtis iterimit antedens: ergo consequentia est bona consequentia tenet antecedens ꝓbatur. nam oppositum consequentis est aliqua propositio est negatiua. ⁊ ad illam sequitur aliqua propositio non est affirmatiua que repugnat contradictorio istius omnis propositio est affirmatiua. Igitur ⁊ cetera. ¶ Respondeo ⁊ dico ꝙ consequentia est bona. Et quando dicebatur possibile est antecedens esse verum. et tamen impossibile est consequens esse verum. concedo. Et cum dicebatur igitur consequentia non valet. nego consequentiam. quia ad hoc ꝙ aliqua consequentia valeat requiritur et sufficit ꝙ impossibile est sic esse sicut significat antecedens q̃n sit sic sicut significat consequens ⁊ sic est in proposito. Unde si ita est sicut significat ista omnis propositio est affirmatiua ⁊ tunc sic est sicut est significabile per istam nulla propositio est negatiua. concedo tamen bene ꝙ in consequentia predicta actus consequentis excercitus repugnat actui signato antecedentꝭ sed necessario sequitur ad ipsum. Et per actum exercitum alicuius propositionis debemꝰ intelligere actum essendi vel non essendi propositionis et quecunqꝫ exiguntur ad esse vel ad nõ eẽ propositionis ad actum exercitum dicimus ꝑtiere. Actuz aũt signatum ꝓpõis vocamus eẽ ita vel non eẽ ita sicut propositio significat. Et ideo quando est possibile propositionem esse et simul esse ita sicut significat propositio tũc actus exercitus et actus signatus nõ repugnant. Si autem possibile est ita esse sicut propositio significat et cum hoc simul non sit possibile propositionem esse. tunc actus exercitus dissonat ⁊ repugnat actui signato. ¶ Circa istam solutionem infero primo. Quod ad hoc ꝙ aliqua consequentia sit bona. non requiritur antecedẽs non posse esse verum sine consequente. Nam hec consequentia ẽ bona oĩs homo est animal ergo hõ est aĩmal et tamẽ añs potest esse verũ consequẽte non exñte vero quia consequens põt nõ esse antecedẽte exñte sed qñ ꝓsequens nõ est non est verum igitur ⁊c.

¶ Secundo infero ꝙ aliqua ꝓsequentia est bona vbi tamen si antecedẽs ẽ verũ ꝓñs ẽ falsum sicut patet in predicta consequentia omnis propositio est affirmatiua. igitur nulla propositõ est negatiua. ¶ Tertio infero ꝙ aliqua ꝓña est bona vbi añs potest esse

verum et ꝓñs impossibile est esse verũ lz tamen consequẽs sit possibile. vt patet de ista omnis ꝓpo est affirmatiua: g nulla est negatiua ¶ Et igitur hec omnis propo ẽ affirmatiua ẽ vera. igitur hec propo nulla ꝓpo est negatiua ẽ vera. Sed tñ sequitur si ita ẽ sicut est significabile per istam. omnis propositio est affirmatiua. tunc ita est sicut est significabile per istam nulla propositio est negatiua. Simile est de ista nihil demonstratur: ergo hoc nõ demõstratur. demõstrato sorte vbi si antecedens est verum impossibile est ꝓñs esse verum. qz nec quando est nec qñ non est. Et q̃uis ꝓsequens repugnet antecedẽti q̃tũ ad actũ excercitum. non tñ q̃tum ad actum signatum. Unde si ita est sicut significatur per añs impossibile est quin ita sit sicut significatur per ꝓñs vl sicut est significabile. Simile est de ista ꝓña hec propo est singularis. et ista ⁊ ista ⁊ sic de alijs: ergo omnis propositio est singularis consequentia ẽ optima. q̃uis tamen impossibile sit ꝓñs esse verum qñ antecedens est verum: sed ẽ bona ꝓña. Nam qñcunqꝫ sic est sicut ẽ significabile per antecedens. impossibile est quin sit sic sicut est significabile p ꝓñs sine noua impõne terminorum. ¶ Aliud insolubile est istud ponatur q̃ sortes dicat platonem dicere falsũ ⁊ plato dicat ciceronem dicere falsuz ⁊ cicero dicat sortem dicere falsum. Tunc queritur an sortes dicat verum vel falsum. Si sortes dicat verum tũc plato dicit falsum. ⁊ si plato dicat falsum cicero dicit verum. Et si cicero dicat verum sortes dicit falsum: ergo si sortes dicat verum sortes ꝫt falsum Si aũt dicatur q̃ sors dicat falsuz. ergo plato dicit verum. Et si plo dicat verum cicero dicit falsum. et sic cicero dicat falsum sors dicat verũ. Igit si sortes dicat falsum sors dicit veruz ¶ Respondetur q̃ sortes dicit falsum Et cũ dicebatur: ergo plo dicit veruz negatur ꝓsequentia. qz sortes nõ ꝓpt hoc solum dicit falsum q̃ soluz dicat platonem dicere falsum. Sed ꝓpter hoc q̃ dicendo platonẽ dicere falsum dicit ciceronem dicere verum. Et dicendo ciceronem dicere verum dicit se dicere falsum. modo omnis dicens aliquam propositionem per quã dicit se dicere falsum. In dicendo illã ꝓpositionem dicit falsum. prout ex dictis faciliter põt apparere. Unde in isto casu sors benemet dicit se dicere falsum. ¶ Unde sciendum est. Quod aliqueꝓpões pñt asserere se esse falsas vel se non esse veras quattuor modis vnom° per seipsas abqꝫ alijs ꝓpõib° ꝓcurrẽtib° verbigrã vt si ego dicã istã ego dico falsum ⁊ nullam aliã vel posito q̃ ista esset scripta in papiro oĩs propositio scripta in papiro est falsa. ¶ Secundo modo alique propositiones pñt se asserere eẽ falsas vel se nõ esse veras ex hoc q̃ ipse asserũt alias propositiones esse falsas que ipsas asserunt eẽ veras. Verbigrã vt si sortes dicat istam plato dicit falsum ⁊ nullaz aliam ⁊ plato dicat istam sortes dicit verum: ⁊ nullam aliam. Si ista sit scripta in papiro omnis propositio scripta in pergameno. omnis propositio scripta in papiro est vera. ¶ Tertio mõ. alique propositiones asserunt se esse falsas vel se nõ eẽ veras. ex h° q̃ asserunt aliquas ꝓpositiones esse veras que ipsas asserunt esse falsas. Verbigratia vt si sortes dicat plato dicit verum ⁊ nullam aliam. ⁊ plato dicat istam sortes dicit falsum. et nullam aliam Vel sic. ista scripta in papiro. omnis propositio scripta in pergameno est vera. ⁊ ista scripta in pergameno. oĩs propositio scripta in papiro non est falsa. prima enim asserit se esse falsa ex eo qꝫ asserit secũdam eẽ verã que asserit ipsã eẽ falsã et hoc fit aliqñ bene mediate sicut potest patere in sophismate proposito. ¶ Quarto modo alique propositiones asserunt se esse falsas ex eo q̃ asserunt aliquas alias ꝓpositiões

esse falsas que omnino sunt eis consimiles in causis veritatis vel falsitatis. verbigratia sicut ista propositio sola scripta in papiro. propositio scripta in pergameno est falsa. ⁊ sic econuerso. alia propositio scripta in pargameno dicens. propositō scripta in papiro est falsa. constat q̃ vtraq̃ earum asseri. se esse falsam ex eo q̃ asserit vnā esse falsam que est omnino sibi consimilis in causis veritatis vel falsitatis. nulla enim potest assignari causa quare vna magis est vera q̃ alia vl magis falsa q̃ alia.

¶ Aliud insolubile. dicat sortes istam deus est. et plato dicat istam. solus sortes dicit verum. et non sint alij loquentes in mundo. tunc queritur an plato dicat verum vel falsum. si dicatur q̃ plato dicat verum. contra Nam si plato dicit verum tunc ita est q̃ sortes dicit verum ⁊ nullus alius a sorte dicit verum ex eo q̃ plato dicit solum sortem dicere verum. Et vltra nullus alius a sorte dicit verum ex eo q̃ plato dicit solum sortes dicit verum sed plato est alius a sorte: ergo plato non dicit verum quod erat probandum. Si autem dicas q̃ plato dicat falsum et cum non sint plures loquentes q̃ sortes et plato per casum: ⁊ cuz hoc sortes dicat sequitur q̃ sortes dicit verum et nullus alius a sorte dicit verum. Ex quo vlteriꝰ sequit q̃ solus sortes dicit verum. tunc vltra solus sortes dicit verum: sed plato dicit sortem dicere verum et per consequens non dicit falsum: quod erat ꝓbandum. ¶ Respondetur q̃ plato dicit falsum. quia dicit vnam propōem que significat propōem sortis ēt verā et nullam aliam ⁊ per ꝓns significat se non esse veram: sed quecūq̃ ꝓpō significat se nō esse veram est falsa ꝑ sextam cōclonē: ⁊ ⁊c. ¶ Ad argumentum cū dr ꝓpōez pronis esse falsā: igr sic est casu stante q̃ sortes dicit verum ⁊ nullus aliꝰ a sorte dicit verum: cōcedo Et cum vlteriꝰ dicebat: ⁊ verū ē q̃ solus sortes dicit verum: negatur ꝓntia ¶ Sed contra diceres ibi arguitur ab exponentibus ad expositā: nego quia ista solus sortes dicit verum prolata a platone non significat soluz q̃ sortes dicat verum et q̃ nullus alius a sorte dicat verum: sed cum hoc significat q̃ plato dicit falsum. Et igitur cum arguitur. sortes dicit verum et nullus alius a sorte dicit verum ergo solus sortes dicit verum. committitur fallacia ꝓntis: quia bn sequitur econtra: et sitr fallacia a fm q̃d ad sim pliciter. ⁊ hoc stante casu posito in principio. et hec de isto insolubili

¶ Aliud insolubile. sint solum tres ꝓpōnes in mundo: videlicz homo ē animal/deus est et omnis propō ꝑter exceptiuam est vera. sit prima a/ secūda b/tertia c. Tunc queritur vtrum c sit verum vel falsum si dicat q̃ c sit ver tunc eius exponentes sunt vere: scilz q̃ omis propō si est alia ab exceptiua est vera et exceptiua non est vera. igr hec erit vera et exceptiua nō est vera sed nulla est alia exceptiua preter c: igitur nō est verum quod erat probādum. Si autez dicatur q̃ c sit falsum hoc erit vel quia alia ab exceptiua nō est vera. vel quia: alia ab exceptiua est vera nō potest dici primū: quia q̃libet illarum que nō est exceptiua est vera: igitur. nec secundū vz q̃ exceptiua vera. et per ꝓseqns si ipsa est falsa ipsa est vera. ¶ Rndetur q̃ illa est falsa: qr significat se esse falsam. significat enim omnez propōnem aliā ab exceptiua esse veram et exceptiuam nō ē veram et cuz nulla alia sit exceptiua q̃ ipsa/ipsa significat se non ē veram. et per ꝓns est falsa. Sed quando dicebatur. si est falsa hoc est vl qr alia ab exceptiua non est vera: vel quia alia ab exceptiua mō ē vera: sed ideo quia significat se esse verazz et non esse veram.

¶ Aliud insolubile. dicat quilibet homo excepto sorte deus est. et dicat sor

tes omnis homo preter me dicit verũ
¶ Breuiter dico ꝙ in casu posito sortes dicit falsum quia dicit vnã ꝓpositionem que significat se esse veram ⁊ se esse falsam sicut potest patere intuenti.
¶ Aliud insolubile. dicat sortes deus est et plato. homo est animal. ⁊ cicero. dicat homo est asinus. et egidius dicat tot dicunt falsum quod dicunt verum et sit prima a secunda b tertia c quarta d. Tunc queritur Utrum d sit verum vel falsum si dicatur ꝙ sit vera igitur ita est ꝙ duo dicta sunt vera et duo falsa sed clarum est ꝙ duo prima dicta sunt vera ergo aliqua duo dicta sunt falsa quorum vnũ est ipm d igitur si dicatur ꝙ d ẽ verũ seqtur ꝙ d est falsũ. et cuz c ẽ falsuz sequitur ꝙ duo dicta sunt falsa et ꝑcise tot sũt vera igitur tot sunt vera quot sũt falsa: igitur tot dicunt falsum quot dicunt verum. Et vltra. tot dicunt falsum ꝗt dicunt verum ergo taliter est qualiter d significat et per consequens d ẽ verum igitur non est falsum quod erat ꝓbandum. ¶ Rñdetur ꝙ d est falsuz. Et cũ vlteri⁹ dicitur ꝯ tot dicunt falsum quod dicunt verum: concedo. Et vlterius arguebatur igiꝫ taliter ẽ qualiter d significat: concedo. et cum vlterius dicitur ꝯ d est verum negatur concequentia. sicut enim dicebaꝫ prius ad hoc ꝙ aliqua propositio sit vera non sufficit ꝙ taliter est qualiter per eam significatur: sed requiritur ꝙ qualitercũq; per eam significatur taliter sit. sed sic non est de d ꝓpositiõe igitur.
¶ Aliud insolubile. deus est et copulatiua est falsa. sit copulatiua a. et prima pars eius b/secunda c: ⁊ sic sit ꝙ nulla alia propositio copulatiua sit in mundo q̃ ista. Tunc queritur vtrum a sit verum vel falsum. Si dicatur ꝙ a sit verum cum ad veritatem copulatiue requiritur quamlibet partem esse veram sequitur quamlibet partem esse veram. et per consequens sequitur eius partem esse veram. Tunc vltra c est verum igitur qualitercunq; c significat taliter est: ꝛz c significat a esse falsum igitur taliter est ꝙ a est falsum: igitur si a est verũ a est falsum. Si autem dicatur ꝙ a sit falsa. contra. Nam cum ad falsitatem copulatiue requiritur vnam eius partem esse falsaz et eius prima pars puta b non sit falsa sequitur ꝙ si a sit falsum ꝙ c sit falsum
Sz probo ꝙ non. nã si a est falsuz ⁊ cũ c significet a esse falsum talit ẽ qualiter c significat. et per ꝓñs c est verum
¶ Rñdetur ꝙ a copulatiua est falsa Et quando dicebatur vel b. vel c. est falsum concedo ⁊ cum vlterius arguebatur. b non est falsum: cõcedo. igiꝫ c est falsum: concedo. Et cũ vlteri⁹ arguebatur. si c est falsum a est falsum concedo. et cũ vlteri⁹ dicebatur. si a est falsum taliter ẽ qualiter illa significat: concedo. et cum vlterius dicebatur. igitur c est verum: negatur consequentia. vnde non qualitercunq; c significat taliter est significat enim se esse veram et se esse falsam.
¶ Aliud insolubile. homo est asinus vel aliqua disiunctiua est falsa. et sit ista disiunctiua sola in mundo et non alia et vocetur a et prima eius pars vocetur b et scda c. tunc queritur an a sit verum vel a sit falsum. si a est verum: igitur vna eius pars est vera cũ ad veritatem disiunctiue requiratur vnam partem esse veram. Sed nõ potest dici ꝙ b sit verum clarũ enĩ est ⁊ relinquitur ergo ꝙ c est verum. Tũc arguitur sic. c est verũ: igitur aliq̃ disiunctiua est falsa sed non alia ab a: ꝯ a est falsum: igitur si a ẽ veruz a ẽ falsum. Si autez dicatur ꝙ a sit falsum sequitur ꝙ ambe eius partes sint false: quia ad falsitatem disiunctiue requiritur ambas partes esse falsas. et per ꝓñs c est falsum. Sed probo ꝙ nõ quia si c est falsum et cum etiam b est falsum sequitur a esse falsum. et per consequens sequitur aliquam disiun

ctiuam esse falsam tunc sic. aliqua disiunctiua est falsa. ergo taliter ē qualiter c significat. et vltra ꝯ c est verum Breuiter rñdetur ꝙ a est falsuz. et cū vlterius dicitur. ergo ambe eius partes sunt false: concedo. Et cum vlterius dicebatur. si c est falsum a est falsum: concedo. Et cū vlterius dicebat ꝯ taliter est qualiter c significat: concedo. Et cum vlterius dicebatur. ꝯ c ē verum: negatur ꝓñtia q̃uis enim taliter sit qualiter c significat: tamen nō qualitercunqz c significat taliter est: significat enim de directa eius significatione se ipsum esse falsum. et per consequens cum omnis propositio significet se esse veram: vt prius dicebatur. c significat se esse verum et se esse falsum. et per consequens est falsum. ¶ Dubitatur. Nam dictum est ꝙ ista copulatiua est falsa. deus est et copulatiua est fl'a contra. Nam si sic sequitur ꝙ eius contradictoria ē vera: sz hoc est falsum. ꝓñtia tenet falsitas probatur. nam eius contradictoria fm predictam videtur eē ista. nullus deus est vel nulla propositio copulatiua est falsa. modo ista est falsa ex eo ꝙ ambe eius partes sunt false. Breuiter rñdetur ꝙ ista non est eius contradictoria: sed ad accipiendum eius contradictoria videamus primo cui equiualet ista. deus est ⁊ aliqua copulatiua est falsa. posito ꝙ nulla alia sit copulatiua. et breuiter ꝙ ista copulatiua significat se eē falsaz ⁊ vocetur a proprio nomine. sequitur ꝙ valebit istam. deus est et copulatiua ē falsa ⁊ a non est falsa: igitur fm hoc oportet sumere contradictoria eius et erit ista. nullus deus ē vel nulla copulatiua est falsa vel a ē falsa mō ista ē vera: qz est vna disiunctiua cuius altera pars est vera: vicz nulla copulatiua est fl'a vel a est falsa.

¶ Aliud insolubile. si deus est aliqua propō conditiōalis ē falsa. sit ista conditionalis sola in mundo et nl'la alia et sit a eius afis et sit b eius cōsequēs Tunc queritur an a sit verum vl' falsum. Si dicatur ꝙ a sit verum: igitur ita est sicut significat b. hoc enī requiritur ad veritatem propositionis conditionalis: sz ita est sicut b significat vt clarū est de se: igit etiā ita est sicut significat. et c vltra igitur c est verum Et vltra c est verum: sed c significat a esse falsum: ꝯ a est falsum: igit si a est verum a est falsum. Si autem dicat ꝙ a sit falsuz. Tunc sic. si a est falsuz impossibile est b esse verū nisi c sit verum. igitur si a est falsum a est verum consequentia tenet: quia ad veritatē a sufficit ꝙ b non possit esse verum sine c: vel ꝙ non possit sic esse sicut significatur per b quī sic sit sicut significatur per c. antecedens probatur. Nam si a est falsum c est verum. igitur si a est falsum b non est verum nisi c sit verum consequentia tenet antecedens probatur. Nam si a est falsuz ita est sicut c significat: quia c significat a esse falsum. et si sic sequitur c esse verum. ¶ Respondetur ꝙ a est falsum. Et quando finaliter dicebatur igitur ita est sicut c significat: cōcedo Et cum vlterius dicebatur. ꝯ c est verum: negatur consequentia: quia c significans a esse falsum significat seipsum esse falsum. et cum etiam significet c esse verum per vnam de conclusionibus prius positam sequitur ꝙ significat c esse verum et c esse falsum et per consequens per vnam cōclusionez positā est falsum. vnde lz taliter ē qualiter c significat non tamen qualitercunqz significat ita est qd̄ tamē requiritur ad hoc ꝙ c eēt verum.

¶ Aliud insolubile. deus est igitur ista ꝓña non valet. sit ista consequētia a et antecedens eius sit b. et ꝓñs illius sit. c. et per ly ista demonstratur cōsequētia. ꝓposita tūc propositio a consequntia ⁊ q̃ritur an a consequntia valeat vel non valeat. Si dicatur ꝙ valet

